



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Isaac Episcopi Lingonensis canones, sive selecta capitula ex tribus
postremis capitularium libris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

I S A A C
EPISCOPI LINGONENSIS
C A N O N E S ,

S I V E

SELECTA CAPITVLA EX TRIBVS POSTREMIS
 CAPITVLARIVM LIBRIS.

INCIPIT PRÆFATIO OPERIS SEQVENTIS.

CVM opportunitas ecclesiastica exigit ut contra delinquentes & errantes pastoralis sententia proferatur, frequenter evenit ut remedia quæ summo caritatis & pietatis ardore à patribus anxiis praeparantur, à filiis agrotantibus ad suam perniciem respuantur. Et quia nec affectum medentium nec suum ut expedire periculum damnationis perpendunt, oblata quæque fastidiunt, & velut inefficacia, quia sunt domestica, medicamenta contemnunt. Idcirco ego ISAAC indignus Lingonenſis Episcopus, propter quorundam minus adquiescentium desidiam & querulam contra pastoralem sollicitudinem improborum insolentiam, qui omnia quæ ad emendationem vel ad suam cautelam dicuntur, à nobis ficta & excogitata garriunt & inventa, utile duximus quædam saluberrimarum capitula sanctionum, quæ sanctæ Romanæ & apostolice Ecclesiæ Legatus venerabilis Bonifacius Magoniacensis Archiepiscopus vice Zachariae Papæ unâ cum orthodoxo Karlomanno Francorum Principe in duobus Episcoporum Conciliis ad honorem & profectum Ecclesiæ Dei conscripsit, quæque etiam idem Papa Zacharias sub anno incarnationis dominice D C C X L I I . auctoritate apostolica confirmavit, & omnibus Ecclesiæ Dei fidelibus inrefragabiliiter observanda constituit, revoluere, & ad meam memorumque utilitatem quædam ex his quæ in questionem sapientissime veniunt colligere & in unum corpusculum adgregare; quatinus si nostra calumniaverint, vel finistra interpretatione labefactare tentaverint, apostolica pariter & regali auctoritate compressi, de cetero conticescant, & salutiferis curatiōibus vel inviti, cùm causa exegerit, adquiescant.



INDEX TITVLORVM.

I.	DE POENITENTIBVS.	VIII.	DE IVRAMENTIS.
II.	DE HOMICIDIIS.	IX.	DE EXCOMMUNICATIS.
III.	DE ADVLTERIIS.	X.	DE STABILITATE SACER-
IV.	DE INCESTIS.	DOTVM IN TITVLIS.	
V.	DE RAPTORIBVS.	XI.	CAPITVL A ECCLESIASTICIS
VI.	DE RAPACIBVS.		V Tilitatibus sat is
VII.	DE SACRILEGIS.		Congrva.

TITVLVS PRIMVS.

DE POENITENTIBVS.

1. **D**E paenitentibus non cogendis vi-
num bibere.
 2. De homine publicam paenitentiam agente
interficio.
 3. De paenitentia cuius crimen per vulgatum
est.
 4. De paenitentibus qui eucharistiam acce-
perint in infirmitate positi.
 5. De paenitentium absolutione, ut per ma-
nus impositionem Episcoporum vel sacer-
dotum precibus fiat.
 6. Ut paenitentes offensos paenitentie fructibus
communionem recipiat.
 7. Ut paenitentes, tempore quo paenitentiam
petunt, super caput cilicium à sacerdote
consequantur.
 8. Ut omni tempore jejuniū manus paeniten-
tibus à sacerdote imponatur.
 9. Ut laeti per manus impositionem Epis-
copi absolvantur.
 10. Ut paenitentes communicent qui ante re-
conciliationem moriuntur.
 11. Ut criminalia peccata multij jejunii &
crebris manus impositionibus à sacerdote
purgentur.
 12. Ut paenitentibus juxta canoniam au-
toritatem paenitentia detur, & antea sus-
pensos à communione excubare faciant ad
Ecclie officium.
 13. De his qui separati à communione fuerint
paenitentibus.
 14. Ne in confinio mortis paenitens à recon-
ciliatione diutine suspendatur.
 15. De paenitentibus qui ex gravioribus le-
vioribusque commissis paenitentiam gerunt.
 16. Ut paenitentes qui ex gravioribus pecca-
tis paenitentiam gerunt, tribus annis sine
inter audientes, si veram paenitentiam
gererint.
 17. Ut qui paenitentiam publicè gerunt, uno
anno cum cilicio sint inter audientes.
 18. De paenitentibus transgressoribus.
 19. De negligenteribus paenitentibus.
 20. De eo qui paenitentiam in infirmitate
petit.
 21. Ut paenitentes non se credant absolutos
sine manus impositione.
 22. De paenitentibus qui antequam leges pa-
nitentiae exequantur, si casu in itinere
aut in mari mortui fuerint.
 23. Ut nullus vitam sine communione finiat,
nec uncione benedicti olei careat.
 24. Ut nullus Presbyter amplius quā unam
Ecclesiam sibi vindicet.
 25. De non recipiendis alienis paenitentibus.
 26. Ut tempus paenitentium in consideratio-
ne Episcopi consiliet.
 27. De paenitentium conversatione & fide.
 28. De satisfactione paenitentie.
 29. De mensura paenitentie.
 30. De arbitrio Episcopi erga paenitentes.
 31. De remissione paenitentum.
 32. Quod paenitentibus nulla lucra negotia-
tions exercere conveniat.
 33. Ut nemo paenitentem alcerius parochie
absolvat.
 34. De his qui paenitentia accepta moriun-
tur.
 35. Ut nullus Presbyter paenitentes inconsulto
Episcopo reconciliare audiat.
 36. Qui luget, abstinere debet à convivis.
 37. De paenitentibus, qualiter paenitentiam
debeat accipere.
 38. De paenitentibus que defunctis viris,
aliis nubere presumunt.
 39. De confessionibus fidelium accipientibus,
qualiter pro modulo & qualitate peccati
sit paenitentie temporis institutio.

Titulus II. De homicidiis.

1. De Presbyteris occisis.

2. De homicidiis in Ecclesiis vel in atris eorum perpetratis.
 3. De homine publicam penitentiam agente interfecto.
 4. De homicidiis prohibendis.
 5. De occidente Clericorum & sacerdotum atque monachorum.
 6. De eo qui propriam reliquit uxorem, vel sine culpa interfecit, & aliam ducit.
 7. Ut non sit sanguinis Christianorum temeraria effusio.
 8. De eo qui occiderit Clericum aut monachum, ut arma relinquat.
 9. De Sacerdotibus & Levitis atque monachis interficatis vel debilitatis.
 10. Quod homicida ante Deum depentur qui res Ecclesie vastant.
 11. De homicidiis infantium.
 12. De homicidiis quid agendum sit.
 13. De his qui prius non habentes odium, sed se defendentes, aliquem occiderint, qualiter corrigendi sint.
 14. De mulieribus & viris infantes opprimentibus.
- Titulus III. De adulteriis.**
1. De eo qui habet mulierem legitimam, si frater eius adulteraverit cum ea.
 2. De his qui virginibus Deo dicatis se sociant.
 3. Quod blasphemiam Deo inferat qui se cum Deo sacra miscerit.
 4. Si Clericus cum Deo sacra se commiscerit.
 5. Quod sacrilegi & violatores juxta Apostolum sunt qui violent sacramtarum feminarum corpora.
 6. Quod fornicatio omnibus peccatis periculosior esse perhibetur.
 7. De secularibus qui suas uxores derelinquent.
 8. De muliere que duobus fratribus nupserit, & de viro ejus.
 9. De muliere que adulteraverit virum suum. Similiter & de viro qui uxori suam adulteraverit.
- Titulus IV. De incestis.**
1. De incestis.
 2. De incestuosis.
 3. Item de incestuosis.
 4. Ut Episcopi incestuosos emendent & corrigan.
 5. Ut incesti & parricide canonice coercantur.
 6. De incestis & criminosis, ac de infirmis & penitentibus, atque de jejuniis quatuor temporum.
 7. De eo qui se incestuoso ordine his perso-
- nis quibus regulis prohibitum est conjunxit.
8. De incestis. Ex libro legum Theodosij tertio cap. xxi. De incestis.
 9. Ut devotam Deo virginem vel viduam nullus conjugem accipiat.
 10. De incestis quid agendum sit.
 11. De his qui cum pecoribus coitu mixti sunt, aut more pecudum usque ad affinitatis lineam cum consanguineis incestum commiserunt, sive cum masculis concubuerunt.
 12. Ut incesti sacerdotibus & Deum timentibus hominibus fideleri perquirantur, & canonice puniantur.
 13. Quod incestum committit qui se consanguineo sive usque ad affinitatis lineam conjungit.
 14. Ut incesti, quandiu in scelere manent, non fidelium Christianorum, sed tantum aut gentilium aut catechumenorum vel ergomenorum locum teneant.
 15. Item de incestis.
- Titulus V. De raptoribus.**
1. De raptu viduarum.
 2. De raptis & de earum raptoribus.
 3. De pueris raptis necrum desponsatis.
 4. De desponsatis & ab aliis raptis.
 5. De raptu alienarum sponsarum.
 6. Ut nullus occultas nuptias aut raptum faciat, vel quam propinquas habuit ducat uxorem; sed dotatam, & a parentibus traditam, per benedictionem sacerdotum accipiat, qui vult nubere, uxorem.
 7. De raptoribus viduarum vel virginum; & us feminine sacris altaribus non ministrarent.
 8. De his qui rapiunt feminas, ut eas non habeant uxores, & qualiter de raptis agendum sit.
- Titulus VI. De rapacibus.**
1. De his qui infra regnum per vim aliquid rapiunt.
 2. De his qui infra regnum rapinas facient.
 3. Ut socios suos nominet apud quem pars rapina fuerit inventa.
 4. De his qui diripienda indicare reperiuntur.
 5. De eo qui facultatem depredationis derit.
 6. Ut hi qui res Ecclesie vastant, invadant, vel diripiunt, si monente Episcopo non se correxerint, communione priventur.
 7. De his qui res Ecclesie traditas invadant vel vastant, aut absque proprij Episcopi consensu accipiunt.

Tom. I.

III ij

8. De his qui oblationes defunctorum retinent.
 9. De Abbatibus, Presbyteris, vel reliquis ministris rebus ecclesiasticis non alienandis.
- Titulus VII. De sacrilegiis.**
1. Quod prædones Ecclesie sacrilegi sunt, siue scriptura testimonio comprobatur.
 2. Quod ea que Domino consecrantur, ad ius ecclesiasticum pertineant.
 3. Ut se quis dignatatem presumperit quam non mernit a Principe vel seniore iusto sacrilegus habeatur.
 4. De sacrilegiis, quod sues sunt, teste scriptura.
 5. Quod quicquid offertur Domino, sanctum sanctorum sit, & ad ius pertineat sacerdotum.
 6. De his sacrilegiis qui Ecclesie ejusque sacerdotibus injurias inferant.
 7. Quod omnia que Domino offeruntur, proculdubio & consecrantur.
 8. Ut omnes agnoscent quantum malum sit Deo sacrificia vel reliquias incestare.
 9. Ut capitali sententiâ multentur qui sacrilegia, adulteria, prædationes, aut devasrationes exerceantur.
 10. De plebe adversus sacrilegos custodienda.
- Titulus VIII. De juramentis.**
1. De sacramentis leviter non jurandis.
 2. De perjurii cawendis.
- Titulus IX. De excommunicatis.**
1. Cum excommunicatis non licere communicare.
 2. De qui excommunicatus pro suo neglecto fuerit.
 3. De his qui cum excommunicato communicaverint.
 4. De his qui Episcoporum vocationem vel correctionem contempserint.
 5. De his qui Episcopo aliquam injuriam vel dehonorationem fecerint.
 6. De non parvipendenda excommunicatione sacerdotum.
 7. Ut quicunque synodalem excommunicationem transgressus fuerit, in alia synodo spem recuperationis non habeat.
 8. Quod excommunicati à sacerdote, antequam canonice reconcilientur, non possint maiores natu accusare.
 9. De modis excommunicationis tam de Clericis quam de laicis.
 10. Item de eadem re.
- Titulus X. De stabilitate sacerdotum in titulis propriis.**
1. Ut Clericus in Ecclesia in qua presit, latus est permaneat.
 2. Ut in titulis in quibus Presbyteri consecrantur, ante suam promotionem stabilitatem promittant. **EXPLICIT.**
- Titulus X. Incipiunt alia capitula ecclesiasticis utilitatibus satis congrua.**
1. De eo qui filiastram aut filiastram ante Episcopum tenerit.
 2. De eo qui filiastram suam contra voluntatem ipsius dederit ingenuo vel servo.
 3. De Presbytero suspicio.
 4. Ut Presbyteri chrisma diligenter custodian.
 5. Item unde supra.
 6. Ut malum ebrietatis omnino vitetur.
 7. De Ecclesia adfiscanda.
 8. De non judicando quemquam absque legitimo accusatore.
 9. Quod laicus non sit de religione presumendum.
 10. Si quis Episcopus, Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus ad bellum processerit, deponatur.
 11. De his qui volant aquam consecratam in sabbato sancto accipere.
 12. De confirmatione Episcoporum à plebe sollicitè querenda.
 13. De viro & muliere in matrimonio copulatis, & postea dicente ea non posse eum nubere cum ea.
 14. De raptoribus & rapta virginibus vel viduis.
 15. De his qui in domo sua oratorium fecerint.
 16. De expositis infantibus ac collectione eorum.
 17. De quorum baptismate absque distinctione dabitur, ut rebaptizentur preceptum est.
 18. Qui sint dies purificationis mulieris.
 19. De conservanda fide inter virum & uxorem.
 20. De sacerdotibus qui ministerium suum adimplere non valent.
 21. Ut nullus judex neque Presbyterum neque Diaconum aut Clericum sine consensu Episcopi sui dirigit.
 22. Ut Presbyteri in Ecclesiis inconsolante Episcopo nec confituantur, vel de Ecclesiis expellantur.
 23. Ut inlicitus accessus seminarum ad altare non fiat, nec alle femine vasa sacra aut corpus & sanguinem Domini conrectare presumant.
 24. De violatoribus sepulchrorum.
 25. De Clericis, si ebrietatem non vitav-

- rint, ut excommunicentur aut verberantur.
 26. *Vt teles, priusquam de causa interrogentur, sacramento constringantur.*
 27. *Vt mancipia que Iudei emerint aut circumcident, ab eorum potestate auferantur.*
 28. *De vagis & levibus sacerdotibus ac Clericis.*

29. *De coititate eorum qui conjugio sunt copulandi.*
 30. *De his qui à Chorépiscopo confirmati sunt.*
 31. *Item de Chorépiscopis.*
 32. *De his qui se ipsis quocunque modo necant.*
 33. *Qualiter hoc statuta servanda sint; & de his qui haec contempserint, sive Clericis, sive laicis, quid agendum sit.*

TITVLVS PRIMVS.

DE POENITENTIBVS.

De penitentibus non cogendis vinum bibere.
 Ex lib. v. Capitularis, cap. LV.

v. 55. I. **V**T nullus Presbyter aut laicus penitentem cogat vinum bibere aut carnem manducare, nisi ad prælens pro ipso unum vel duos denarios juxta qualitatem penitentiae dederit.

De homine publicam penitentiam agente interfecto.

Ex eodem libro, cap. cxi.

II. Qui hominem penitentem publicam agentem interficerit, bannum nostrum in triplo componat, & virgildum proximis ejus perfolvat.

De penitente cuius crimen per vulgatum est.
 Ex eodem libro, cap. cxvii.

III. In Concilio Carthaginensi de hac re præcipitur, ut si cuiusquam penitentis publicum & vulgatum crimen est, quod universam commoverit Ecclesiam, ante absidam manus ei imponatur. Et alibi in canonibus vel in decretalibus Leonis Papa præcipitur de eadem re, ut absolutionem penitentium per manus impositionem Episcoporum supplicationibus fiat, & reliqua multa talia & horum similia.

De penitentibus qui eucharistiam acceperint in infirmitate positi.
 Ex eodem libro, cap. cxviii.

IV. Penitentes qui in infirmitate viaticum eucharistiae acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

De penitentium absolutione, ut per manus impositionem Episcoporum vel sacerdotum precibus fiat.
 Ex eodem, cap. cxx.

V. Si quis in periculo vel pace aur in infirmitate penitentiam acceperit, si continuo creditur moriturus, reconcilietur

per manus impositionem, & infundatur in eis eucharistia.

Vt penitens, offensis penitentia fructibus, communionem recipiat.

Ex eodem, cap. cxxi.

VI. Ut penitens, offensis necessariis penitentia fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiat.

Vt penitentes, tempore quo penitentiam petunt, super caput cilicium à sacerdote consequantur.

Ex eodem, cap. cxxii.

VII. Penitentes, tempore quo penitentiam petunt, impositionem manuum & cilicum super capita à sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur.

Vt omni tempore jejuni manus penitentibus à sacerdote imponatur.
 Ex eodem libro, cap. cxxiii.

VIII. Omni tempore jejuni manus penitentibus à sacerdote imponantur.

Vt lapsi per manus impositionem Episcopi absolvantur.

Ex eodem, cap. cxxiv.

X. Nec absolutos lapsos in fide credamus nisi per impositionem manus Episcopi.

Vt penitentes communicent qui ante reconciliationem moriuntur.

Ex eodem libro, cap. cxxv.

X. Placuit his qui accepta penitentia ante reconciliationem migrant ad Dominum communicari, pro eo quod honoraverunt penitentiam. Qui si supervixerint, stent in ordine penitentium, ut legitimam communionem statuto tempore reconciliationis & manus impositione Episcopi, vel ejus iussu Presbyteri, recipient.

Vt criminalia peccata multis jejuniis & crebris manus impositionibus à sacerdote purgantur.

Ex eodem, cap. cxxxvii.

XI. Criminalia peccata multis jejuniis & crebris manus sacerdotum impositionibus corūque supplicationibus juxta canōnum statuta placuit purgari, ita ut nemo manus impositione Episcopi, aut ejus iussu, alicuius Presbyteri, se credit esse à suis facinoribus absolutum. Non est mirandum si absolutio peccatorum per manus impositionem precibus sit sacerdotum, cùm Dominus in veteri lege super caput hostiæ manum sacerdotis precepit imponi. Etenim sicut tunc per illam hostiam, ita nunc invocatione sancti Spiritus, qui est remissio peccatorum, per manus Episcoporum, vel eorum auctoritate, reliquorumque sacerdotum impositione vel supplicationibus eorum remittuntur peccata. Nam quando Dominus Ioan. 11. Lazarum suscitavit, ait huius discipulis *Tolle lapidem, subauditur, ut mortuus surgat.* dans exemplum ut sicut ipsi manibus tollunt lapidem ut mortuus surgat, ita & ipsi & successores eorum manus penitentibus imponant, ut per impositionem manus suis precibus mortuum de sepulchro, id est, peccatorem de vitiis surgere & relevere faciant; & sicut illi Lazarum institis, id est, funibus, colligatum jubente Domino solvunt, qui ait, *Solite illum, & finite abire,* ita isti eorum supplicationibus auxiliante Domino, & comitate spiritu sancto, qui in his semper operatur, per manus impositionem peccatorum solvant vincula, eoque tempore à sanctis patribus constituto sacra eucharistia comunicent, & absolutos ire permittant.

Vt penitentibus juxta canonicam auctoritatem penitentia detur, & ante suspensos à communione excubare faciant ad Ecclesie officium.

Ex eodem libro, cap. cxxxviii.

XII. Ut secundum formam canonum penitentibus detur penitentia, & prius eos à communione suspensos ad officium Ecclesiarum excubare faciant, & inter reliquos penitentes ad manus impositionem crebro recurrere. Expleto autem satisfactionis tempore, sacerdotali prece per manus impositionem juxta ordinem sacramentorum & canōnum reconcilient penitentes, & sacra communione confirmant.

De his qui separati à communione fuerint penitentibus.

Ex eodem, cap. cxxxix.

XIII. Qui à communione separantur, in locis quibus seclusi fuerant per manus impositionem recipiant communionem. Nec se quicquam à peccatis absolutum sine reconciliatoria manus impositione credat; sed per manus impositionem precibus sacerdotum reconcilietur, sicut auctoritas habet ecclesiastica.

Nec in confinio mortis penitens à reconciliatione ducimini saffendatur.

Ex eodem, cap. cxxx.

XIV. Qui penitentiam in mortis agit periculo, non diutine à reconciliationis gratia differendus est. Sed si pro certo mortis urgen periculum, penitentia per manus impositionem accepta, statim reconciliatio adhibenda est, ne prius ab humana rebus aeger abscedat quam donum reconciliationis accipiat, sive superstitibus quadam modo doloris videtur esse perpetuum, si praeclum ab Ecclesiæ membris eum qui utique reconciliationis non meruit gratiam, raptim à presenti vita mortis natura subduxerit. Vnde juxta S. Leo ep. pa Leonis editum, his qui in tempore necessitatis & in periculi urgentis instantia praesidium penitentiae & mox reconciliationis remedium implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio est deneganda: quia misericordia Dei nec mensura possumus ponere, nec tempora definire. De his autem qui post acceptam penitentiam, antequam reconcilientur, ab hac vita recesserint, quamquam diversitas preceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum tamen nobis sententia placuit qui multiplici numero de hujusmodi humanius decreverunt, & ut memoria talium in Ecclesiæ commendetur & oblatione pro coram dedicata spiritibus accipiantur. *De penitentibus qui ex gravioribus levioribus commissis penitentiam gerunt.*

Ex eodem libro, cap. cxxxii.

XV. De penitentibus qui five ex gravioribus commissis five ex levioribus penitentiam gerunt, si nulla intervenit agravatio, quinta feria ante Pascha eis remittendum Romane Ecclesiæ confuetudo demonstrat. Ceterum de pondere agravandi delictorum sacerdotis est judicare, ut attendant ad confessionem penitentis & ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tum liberè dimitti cum viderit congruam satisfactionem. Sanè si quis agravitudinem

incident, atque usque ad desperationem devenierit, ei est ante tempus Pasche relaxandum, ne de seculo absque communiōne discedat.

Vt p̄nitentes qui ex gravioribus peccatis p̄nitentiam gerunt, tribus annis sint inter audiētes, si veram p̄nitentiam gesserint.

Ex eodem, cap. cxxxiv.

XVI. P̄nitentes qui ex gravioribus commissis p̄nitentiam gerunt, si ex cor-
Can. xi. de peniteant, sicut Nicāna synodus de lapsi constituit, tribus annis sint inter audiētes, quinque verò vel septem annis subjaceant inter p̄nitentes manibus sacerdotum; duobus etiam oblationes non finantur offerre, sed tantummodo populis in oratione socientur. Nec confundantur Deo colla submittere qui eum non timuerunt abnegare. Quod si, utpote mortales, intra metas praescripti temporis cœperit vita finis urgere, subveniendum est implorantibus, seu ab Episcopo qui p̄nitentiam dedit, seu ab alio, qui tamē datam esse probaverit, aut similiter à Prelato, iussū aut permisū tamen proprij Episcopi, per manus impositionem, absolutione precum sacerdotalium, viaticum abeuntibus de seculo non negetur. Pueris autem, quibus à puritate vocabulum est, seu Clericis, seu laicis, aut etiam similibus pueris, quibus ignoratio suffragatur etatis, aliquandiu sub manus impositione detentis reddenda communis est. Quod si ante præfinitum p̄nitentia tempus, defecit à medicis, aut evidenter mortis pressi indicūs, recepta quicquam communionis gratia convaluerint, servemus in eis quod Nicāni canones ordinarunt, ut habeantur inter illos qui in oratione sola communicant, donec impleatur spatium temporis eidem præfatum.

Vt qui p̄nitentiam publice gerunt, uno anno cum cilicio sint inter audiētes.

Ex eodem, cap. cxxxvi.

XVII. Qui p̄nitentiam publicam gerunt, debent unum annum esse cum cilicio inter audiētes vel usque ad magnum diem; & à populo, quando intrat in Ecclesiam, perfusi lacrymis debent veniam postulare precarie eum humiliter ut pro eis dignetur orare. Tribus verò annis subjaceant inter p̄nitentes manibus sacerdotum in loco retro oficio Ecclesiae p̄nitentibus constituto, & seorsum infra ipsam Ecclesiam populo seculo, tamen jam non in terram prostrati, sed vultu & capite humiliato, humiliter & ex corde, ut su-

prædictum est, veniam postulent, & pro se orare exposcent. Duobus etiam annis oblationes modis omnibus non finantur offerre, sed populis tantummodo in oratione socientur, ut perfectionem septimo in Cenā Domini consequantur anno, id est, per Episcopi vel ejus iussū, si ipse absit, aliorum sacerdotum manus impositionem, absoluzione sacerdotalium precum communionis catholicae gratiam recepturi. Qualiter septem annorum p̄nitentia agatur. In his verò septem annis multiplicantur jejuniis, orationibus, flentibus, & elemosynarum, prout melius potuerint, exhibitionibus & lacrymis perficiant, & ne ulterius citi talia contingent, admonendum caveant, ut mereant illam Domini vocem audire inquietent: *Vade, & amplius noli peccare.*

De p̄nitentibus transgressoribus.

Ex eodem, cap. cxxxvii.

XVIII. Vt hi qui frequenti prævaricatione peccata vel p̄nitentiam, iterant, frequenti sententia, nisi per satisfactionem qua prævaricati sunt emendare nitantur, coercerantur vel condemnantur, ut hac qua voluntariè non diluerunt invitati emendent. Quod si aliquis renuerit, & præceptis sui sacerdotis inobedienti apparerit, secundum modum culpe excommunicetur. Si quis autem ante reconciliationem & eorum satisfactionem absque proprij Episcopi licentia communicare præsumperit, simili excommunicationi subjecatur. Sacerdotes autem ad quos pertinere noscuntur, si eos qualibet munere aut favore vel negligencia admonere non fuerint, aut per satisfactionem revertentes non suscepint, aut contemnentes de Ecclesia non rejecerint, simili sententia plectantur quoisque vel emendationis vel eorum damnationis sententia promulgetur.

De negligenterioribus p̄nitentibus.

Ex eodem, cap. cxxxix.

XIX. Vt negligentiores p̄nitentes tardius recipiantur.
De eo qui p̄nitentiam in infirmitate petit.

Ex eodem, cap. cxl.

XX. Is qui p̄nitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus in infirmitate obmutuit, vel in phrenesim versus fecit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat p̄nitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus eu-

charistia. Si supervixerit, commoneatur à supradictis testibus petitionis sue satisfactio, & subdatur statuto pénitentiae temporis, quandiu sacerdos qui pénitentiam dedit probaverit.

Vt penitentes non se credant absolutos sine manus impositione.

Ex eodem, cap. cxi.

X X I. Pénitentes qui in infirmitate viaticum eucharistie acceperint, non screderant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

De penitentibus qui antequam leges penitentiae exsequantur, si casu in itinere aut in mari mortui fuerint.

Ex eodem, cap. cxii.

X X I I. Pénitentes qui antequam leges pénitentiae exsequantur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis sacerdos subvenire non potuerit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.

Vt nullus vitam sine communione finiat, nec unctione benedicti olei careat.

Ex libro vi, cap. lxxv.

X X I I I. Si in infirmitate deprehensus quis fuerit, vitam sine communione non finiat, nec unctione sacrati olei careat. Et si finem perficiat, sacrosancto corpore Deo anima ejus à sacerdote precibus commendetur.

Vt nullus Presbyter amplius quam unam Ecclesiam sibi vindicet.

Ex eodem, cap. lxxxvi.

X X I V. Quapropter omnibus placuit ut nullus Presbyter amplius quam unam Ecclesiam sibi vindicet: quia sicut unusquisque secularis non amplius quam unam habere debet uxorem, ita unusquisque Presbyter non amplius quam unam habere debet Ecclesiam.

De non recipiendis alienis penitentibus.

Ex libro libro, cap. cxxxii.

X X V. Qui pro delicto suo à communione separantur, placuit ut in quibusunque locis fuerant exclusi, eidem locis communionem consequantur.

Vt tempus penitentium in consideratione Episcopi confusat.

Ex libro vii, cap. v.

X X VI. Penes Episcopos erit potestas, modum conversationis pénitentium probantes, humanius contra eos agere vel amplius tempus adicere. Ante omnia vero precedens corum vita & posterior inquiratur, & ita eis impertiatur humanitas.

De penitentium conversatione & fide.

Ex eodem libro, cap. vi.

X X V I I. Converatio pénitentium & fides tempus abbreviat.

De satisfactione penitentie.

Ex eodem, cap. xx.

X X V I I I. Satisfactione pénitentiae non est tam temporis longitudine quam cordis compunctione penitanda.

De mensura penitentie.

Ex eodem, cap. xxii.

X X I X. Tempore pénititudinis habita moderatione Episcopi & arbitrio sunt constituenda, prout in conspectorum animos viderit esse devotos. Pariter etiam habentes aetatis senilis intuitum, & periculum quorumque aut aegritudinum resipientes necessitates.

De arbitrio Episcopi erga penitentes.

Ex eodem lib. cap. xxx.

X X X. Penitentibus secundum differentiam peccatorum Episcopi arbitrio pénitentiae tempora decernuntur.

De remissione penitentium.

Ex eodem, cap. xxxvi.

X X X I. Penitentes quicunque ex gravioribus sive leviioribus culpis pénitentiam gerunt, si nulla intervenit aegritudo, quinta feria ante Pascha eis est remittendum. Ceterum de pondere aegritudine dilectorum sacerdotis est judicare.

Quod penitentibus nulla lucra negotiationis exercere convenient.

Ex eodem, cap. lxii.

X X X I I. Nulla lucra negotiationis pénitentibus exercere convenient: quia difficile est inter vendentis ementisque commercium non intervenire peccatum.

Vt nemo penitentem alterius parochie absolvat.

Ex eodem, cap. lxvii.

X X X I I I. Nullus sacerdos in alterius civitate vel dioecesi pénitentem, vel sub manu positum sacerdotis, vel qui reconciliatum esse dixerit, sine confusu & litterari Episcopi vel Presbyteri, in parochia Presbyter, aut Episcopus in civitate suscipiat.

De his qui penitentia accepta moriuntur.

Ex eodem, cap. cxxxviii.

X X X I V. De his qui recessunt de corpore pénitentia accepta, placuit sine reconciliationia manus impositione eis communicare, quod morientis sufficit consolationi, secundum definitiones patrum, qui hujusmodi communionem congruentem viaticum nominarunt. *Quod si super vixerint,*

vixerint, stent in ordine penitentum, ut ostensis necessariis penitentia fruilibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant.

Vt nullus Presbyter penitentes inconsulto Episcopo reconciliare audiat.

Ex eodem libro, cap. CCCXII.

XXXV. Statutum est & in fandis canonibus prohibutum ut nullus Presbyter penitentem publicè inconsulto Episcopo reconciliare presumat, nisi morte forte periclitantem, sed omnes publicè penitentes quinta feria ante Pascha, que est Cœna Domini, ad civitatem in cinere & cilicio in præsentiam Episcopi prostrato vultu convenient, & ibi ab Episcopo canonice & ordinabiliter, sicut in sacramentario & in Romano ordine continetur, reconcilient atque dijudicentur, confonenturque & prædicentur quid deinceps agere, quidve vitare debeant infrauentur, atque insuper divinis precibus per manus impositionem ab Episcopo fanentur. Nullo namque tempore Presbytero in publica Missa penitentem reconciliare sine licentia Episcopi concessum est. Si quis hoc facere præsumperit, canonica correptione multetur.

Qui luget, abstinere debet à convivio.

Item ex eodem, cap. CCCXIIII.

XXXVI. Qui luget, abstinere debet à convivio ac ornamentis & alba vestie.

De penitentibus, qualiter penitentiam debeant accipere.

Ex eodem, cap. CCCX.

XXXVII. Penitentes, tempore quo penitentiam pertunt, impositionem manus & cilicum à sacerdote consequantur. Et si aut comas non deposuerint, aut uestimenta non mutaverint, abiciantur. Iu-

venibus etiam non facile committenda est propter aetas fragilitatem. Vaticum tamen omnibus in morte positus non negandum.

De penitentibus que, defunctis viris, aliis nubere presumant.

Ex eodem, cap. CCCXVII.

XXXVIII. Penitens qua, defuncto viro, alio nubere præsumperit, vel suspecta vel interdicta familiaritate cum extraneo se conjuxerit, cum eodem a liberis Ecclesie arcatur. Hæc etiam & de viro in penitentia positio placuit observari.

De confessionibus fidelium accipiendis, qualiter pro modulo & qualitate peccati sit penitentia temporis institutio.

Ex eodem, cap. CCCLXXIX.

XXXIX. Querendum namque est, cum accipit quislibet fidelis confessionem peccatorum, qualiter primò peccatum perpetratum, aut si postea iteratum aut frequenter actum sit; si sponte, si coacte, si per ebrietatem, aut per quodlibet ingenium factum sit. Et cum invenerit unde radix illius peccati processit, tunc congruum adhibeat medicinam. Qualis vero peccati adhibenda sit medicina, secundum canonum authenticorum & sanctorum patrum esse debet institutionem, & non secundum placitum hominis, sed secundum Dei voluntatem; nec in hac parte voluntas aut gratia hominis sectanda est, sed voluntas Dei in omnibus exquirenda; quatinus dignis precibus & penitudine digna placare possit omnipotens Dei vindictam, quam suo vitio provocavit.

EXPLICIT DE POENITENTIBVS.

TITVLVS II.

DE HOMICIDIIS.

De Presbyteris occisis.

Ex libro quinto, cap. CLXXXVI.

I. Presbyteri interfeci Episcopo ad cuius parochiam pertinent solvantur secundum Capitulare gloriose Karoli genitoris nostri, ita videlicet ut medietatem virgildi ejus Episcopus utilitibus Ecclesie cui præfuit tribuat, & alteram medietatem in eleemosyna illius

Tom. I.

justè dispenset: quia nullus nobis ejus heres proximior videtur quam ille qui ipsum Domino sociavit.

De homicidiis in Ecclesiis vel in atris eorum perpetratis.

Ex eodem, cap. CCCX.

II. Si quis aut ex levi causa aut sine causa hominem interficerit in Ecclesia, de vita componat. Si vero foris rixari fuerint, & unus alterum in Ecclesia fugerit,

KKK

& ibi se defendendo eum interficerit, si hujus facti testes non haberit, cum duodecim conjuratoribus legitimis jurare cogatur. Is vero qui interfecit est absque compositione jaceat, ac deinde interfector secundum judicium canonicum congruam facinoris quod admisit penitentiam accipiat. Si servus hoc admiserit, iudicio aquae ferventis examinetur utrum hoc sponte an se defendendo fecisset. Et si manus ejus exulta fuerit, interficiatur. Si autem non fuerit, dominus illius juxta quod virgildus illius est ad Ecclesiam persolvat, aut eum, si voluerit, eidem Ecclesiastico & fiscalino & beneficiario servo volumus ut pro una vice virgildus ejus pro eo componatur, altera vice ipse servus ad supplicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis qui propter tale facinus ad mortem fuerit iudicatus, ad legitimos heredes illius perenniar. Si in aliquo porta, quæ reliquias sanctorum consecrata est, hujuscemodi homicidium perpetratum fuerit, simili modo emendetur vel componatur. Si vero porta Ecclesia non est consecrata, eodem modo componatur quod in atrio committitur sicut componi debet quod in emunitate violata committitur.

De homine publicam penitentiam agente interfecto.

Ex eodem, cap. cccxxiv.

III. Qui hominem publicam penitentiam agentem interficerit, bannum nostrum in triplo componat, & virgildum proximus ejus persolvat.

De homicidiis prohibendis.

Ex eodem, cap. cccxxvi.

IV. Quicunque hominem aut ex levi causa aut sine causa interficerit, virgildum ejus his ad quos ille pertinet componat. Ipse vero propter talen presumptiōnem in exilio mittatur ad quantum nobis tempus placuerit. Res tamen suas non amittat.

De occisione Clericorum & sacerdotum atque monachorum.

Ex eodem libro, cap. ccxxi.

V. Qui Subdiaconum occiderit, trecentos solidos componat. Qui Diaconum, quadringentos solidos. Qui Presbyterum, flexcentos solidos. Qui Episcopum, nongentos. Qui monachum, quadringentis solidis culpabilis judicetur.

De eo qui propriam reliquit uxorem, vel sine culpa interfecit, & aliam ducit.

Ex eodem, cap. ccc.

V I. Quicumque propria uxore derelicta, vel sine culpa interfecita, aliam duxerit, armis depositis publicam agat penitentiam. Et si contumax fuerit, comprehendatur a Comite, & ferro vinciat, & in custodiā mittatur, donec res ad nostram notitiam deducatur.

Vt non sit sanguinis Christianorum temeraria effusio.

Ex eodem, cap. cccxxxii.

V II. Volumus atque praeципimus nostra auctoritate denuntiari omnibus, immo & a sacerdotibus praedicari, ne tam temeraria Christianorum sanguinis effusio in regno nostro fieri sinatur, semper illud attendentes quod Dominus post diluvium dixit famulo suo Noe: *De manu homini & de manu viri & fratris ejus requiram animam ejus. Quicunque effuderit humanam sanguinem, fundetur sanguis illius.* Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Et in lege: *Qui occiderit hominem, morte moriatur.* Et Apostolus: *Nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonam fac, & habebis laudem ex illa.* Dei enim minister est tibi in bono. Si autem male feceris, time. Non enim sine causa gladium portas. Dei enim minister est, vindicta in iram ei qui malum agit. De illo enim specialiter divina auctoritas dicit. *Gladium Dei portat ad vindictam malorum,* non de qualibet alio. Econtra vero necimus qua inventione a nonnullis usurpatum est ut qui nullo ministerio publico fulciuntur, propter sua odia & diversissimas voluntates pessimas indebitum sibi usurparint in vindicandis proximis & in interficiendis hominibus vindictæ ministerium, & quod Rex saltem in uno exercere debuerat propter terrorum multorum, ipsi impudenter in multis perpetrare non metuant propter odium, & putant sibi licere ob inimicitarum vindictas quod nolunt ut Rex faciat propter Dei vindictam.

De eo qui occiderit Clericum aut monachum, ut arma relinquat.

Ex libro vi, cap. xc.

V III. Qui occiderit monachum aut Clericum, arma relinquat, & Deo in monasterio serviet cunctis diebus vita sua, nunquam ad seculum reversurus, & septem annos publicam penitentiam gerat.

*De sacerdotibus & Levitis atque monachis
interfectis vel debilitatis.*

Ex eodem, cap. xcvi.

I X. Si quis sacerdotem vel Levitam aut monachum interficeret vel debilitaverit, juxta statuta priorum capitulorum que legi Salicæ sunt addita componat, & insuper bannum nostrum id est sexaginta solidos nobis persolvat, & arma relinquit, atque in monasterio diebus vita sua sub ardua penitentia Deo serviat, nonquam postmodum seculo vel secularibus militatus, neque uxori copularius.

*Quod homicide ante Deum depudentur
qui res Ecclesie vastant.*

Ex eodem, cap. ccccxxi.

V I. 430. **X.** Volumus omnes scire quod Christi & Ecclesie pecunias auferunt, resque ejus fraudulent, rapiunt, vastant, vel diripiunt, homicidas apud Deum esse deputantur, quia res pauperum, quos Ecclesia paucere debet, diripiunt.

De homicidiis infantium.

Ex libro vii. cap. clxvi.

VII. 168. **XI.** Si quis infantem necaverit, ut homicida tenetur.

De homicidis quid agendum sit.

Ex eodem lib. cap. ccclv.

Ibid. 156. **XII.** De homicidiis ita iustissimo observare, ut quicunque ausu temerario alium sine causa occiderit, vita periculo feriatur, & pretio se redimere nunquam audeat. Et si convenerit ut ad compositionem quisque descendat, nullus de parentibus aut amicis cum quicquam adjuvet.

Quod si fecerit, suum virgildum omnino componat.

*De his qui prius non habentes odium, sed
se defendentes, aliquem occiderint,
qualiter corrigendi sint.*

Ex eodem, cap. ccclxxx.

XIII. Si quis egrediens per viam, aut vii. 38. si etiam in domo sua fuerit, aut in platea civitatis, aut in villa, subito ab alio superventus, aut litis commotione, volens se defendere, non habens contra illum antea odium, interficerit hominem, septem annis secundum canoniam institutionem peniteat, tres vero à communione privetur, quatuor autem in communione orationum & oblationum suscepimus in sacerdotis pendeat arbitrio utrum dignus sit corpus Christi accipere aut usque ad plenitudinem penitentie ab eo separari. Abstinentia ciborum in penitentia sacerdotis erit, secundum possibiliter penitentis & devotionem & affectum lacrymarum.

*De mulieribus & viris infantes oppri-
mentibus.*

Iuxta prædictum capitulo.

XIV. Mulier qua dormiens filium suum oppresserit, & mortuus fuerit, sex annis peniteat. Vir ejus, si in domo illius fuit, quatuor. Si vero in uno lecto, simili modo peniteat, duos in pane & aqua; reliquos quatuor, secundum quod sacerdos viderit illos posse, abstinentiam imponat ciborum.

EXPLICIT DE HOMICIDIIS.

TITVLVS III.

DE ADVLTERIIS.

*De eo qui habet mulierem legitimam, si
frater ejus adulteraverit cum ea.*

Ex libro v. cap. xxxi.

I. **S**i quis homo habens mulierem legitimam, si frater ejus adulteraverit cum ea, ille frater vel illa femina qui adulterium perpetraverunt, interim quod vivunt, nunquam habeant amplius conjugium. Ille vero cuius uxor fuit, si vult, potestatem habet uxorem accipere aliam.

De his qui virginibus Deo dicatis se sociant.

Ex eodem libro, cap. cxxxvi.

II. De his qui sacris virginibus se fo-

Tom. L

ciant ita in decretis Papæ Gelasij capitulo vigesimo continetur. *Virginibus sacris temere se quosdam sociare cognovimus, & post dictatum Deo propositam inculta federa sacrilegique miscere: quos protinus aequum est à sacra communione detrudi, & nisi publicam probatamque egerint penitentiam, omnino non recipi. Aut haec ceré viaticam de seculo transiuntibus non negetur. Si vero de copulatione sacrarum virginum tam severè feriuntur, quanto severius feriendi sunt qui eas rapiunt?* Ideo, sicut præmissum est, neccesse est ab omnibus in Christiana religione confitentibus rigore auctoritatis

KKK ij

divinæ vel humanae hoc malum radicitus amputari.

Quod blasphemiam Deo inferat qui se cum Deo sacrata miscerit.

Ex libro sexto, cap. cccciiii.

V. 412. III. Scire vos convenient quia blasphemiam Deo inrogat qui cum Deo sacrata vel cum velata femina se commiscularat.

Si Clericus cum Deo sacrata se commiscuerit.

Ex eodem lib. cap. cccciiv.

Ibid. 413. IV. Si Clericus cum velata femina vel cum Deo sacrata se maculaverit, proprio honore privetur.

Quod sacrilegi & violatores juxta Apostolum sunt qui violant sacratarum feminarum corpora.

Ex eodem, cap. ccccv.

Ibid. 414. V. Sciendum est omnibus quod Deo sacratarum feminarum corpora per votum propriæ sponsionis & verba sacerdotis Deo consecrata templo esse scripturam testimoniis comprobantur. Et ideo violatores earum sacrilegi ac juxta Apostolum filij perditionis esse noscuntur.

Quod fornicatio omnibus peccatis periculosior esse prohibetur.

Ex eodem, cap. ccccv.

Ibid. 415. VI. Quod penè omnibus peccatis gravior & deterior sit fornicatio, & veraciter dici potest laqueus mortis & puteus inferni ac vorago perditionis, eo quod adulteri vel luxuriofi propter cordis inopiam perdunt animas suas. Nam, ut ait scriptura, ^{Prov. 6.} ^{2. Cor. 6.} ^{Tim. 5.} preium scorti vix unius est panis, & qui jungitur meretrici, unum corpus efficitur, & qui luxuriatur, mortuus est in corpore vivente.

De secularibus qui suas uxores derelinquent.

Ex lib. vii. cap. cccv.

VII. Hi verò seculares qui conjugale consortium absque culpa graviore dimittunt vel etiam dimiserunt, nullas causas discidij probabilitate proponentes, & propere tua matrimonia dimittunt ut aut iniota aut aliena presumant, si antequam apud Episcopos comprovinciales discidij causas dixerint, & priusquam uxores iudicio damnentur abjecerint, à communione Ecclesie & sancti populi cœtu, pro eo quod conjugium & fidem maculant, excludantur.

De muliere que duobus fratribus nupserit, & de viro ejus.

Ex eodem, cap. cccclxxxii.

VIII. Mulier quae duobus fratribus nupserit, abici debet usque ad diem mortis; sed propter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet, ita tamen ut prius solvatur conjugium, & maneat innupta, & vir eius abique uxore simili penitentia sit subditus. Quod si duo fratres cum una femina fornicati fuerint, nescientes ad alterutrum fornicationem, statim ut cognoverint adulterium, qui eam habet uxorem dimittat. Et illa quidem post actam penitentiam, si uxor defuncta fuerit, potest alteri sociari; illa vivente, nequaquam. Illa verò nunquam ulterius poterit in conjugium astum, & iugis penitentia submissa, ad exitum vita communionis gratiam percipiat.

De muliere que adulteraverit virum suum, similiter & de viro qui uxorem suam adulteraverit.

Ex eodem, cap. cccclxxxii.

X. Mulier habens virum si adulterium perpetraverit, & occulte ad confessio nem venient, septem annis penitentia, tres in pane & aqua; ceteros quatuor in providentia erit sacerdotis, qualiter eam videtur posse, & ita ei ciborum abflentia imponatur. Similiter & vir habens uxorem, si adulterium perpetraverit, faciat per triennium ut non communicet. Si eam unus uxor adulterium perpetraverit, & hoc a viro deprehensum fuerit & publicatum, dimittat uxorem, si voluerit, propter fornicationem. Illa verò secundum quod superius insertum est, publicè agat penitentiam. Vir verò ejus, illa vivente, nullatenus habebit licentiam aliam ducere uxorem. Quod si voluerit adulteram sibi reconciliari, licentiam habeat, ita tamen ut pariter cum illa penitentiam agat, & exacta penitentia ad communionis gratiam, sicut superius continetur insertum, utrique accedit. Similis forma & in muliere servabitur. Si eam vir ejus adulteraverit, habet potestatem dimittendi virum propter fornicationem. Maneat tamen innupta quandiu vir ejus vixerit: quia nec ille habet potestatem aliam accipere, prima vivente; nec illa primo. Habent tamen potestatem semetipos reconciliare.

EXPLICIT DE ADVLTERIIS.

TITVLVS IV.

D E I N C E S T I S.

De incestis.

Ex libro v. cap. ix.

I. Si homo incestum commiserit cum Deo sacrata, aut cum matre sua, aut cum matrina sua de fonte aut confirmatione, aut cum matre & filia, aut cum duabus sororibus, aut cum matris filia, aut cum sororis filia, aut cum nepta, aut cum confosbrina aut subfrina, aut cum amita vel materterra, aut cum his quibus canones prohibent copulare, de illis criminibus pecuniam suam perdat, si habuerit. Et si hac emendare noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum donet, & si fecerit, sexaginta solidos Domino Regi componat, usque dum ipse homo se correxerit. Et si pecuniam non habuerit, si liber est, mittatur in carcерem usque ad satisfaciōnem. Si autem servus aut libertus est, valuerit plagis multis. Et si dominus suis eum permisit amplius in talen lapsum incidere, ipse sexaginta solidos Domino Regi componat. De reliquis verò propinquis iuxta constituta sanctorum patrum & iuxta decreta canonum judicetur.

De incestuosis.

Ex eodem lib. cap. xxi.

II. De incestuosis, ut canonice exanimentur, & nec propter alicujus amicitiam quidam relaxentur, quidam vero constringantur.

Item de incestuosis.

Ex eodem, cap. clxxv.

III. Ut Episcopi incestuosos puriter investigare studeant omnino precipimus. Et si peccitri noluerint, de Ecclesia expellantur, donec ad penitentiam revertantur.

Vt Episcopi incestuosos emendent & corrigan.

Ex eodem, cap. ccclv.

IV. Ut Episcopi incestuosos homines emendent, & magnam diligentiam habeant ex eis, seu & de viduis infra suam parochiam potestatem habeant ad corrigendum.

Vt incesti & parricidae canonice coērcentur.

Ex libro sexto, cap. lxxi.

V. De incestuosis & parricidis, ut canonice coērcentur, sicut de illo judica-

tum est qui materterra sua filiam stupravit, ut conjugium ultrā non repeatat, & militiae cingulum derelinquit, & aut monasterium petat, aut si foris remanere voluerit, tempora penitentiae secundūm canones pleniter exsolvat.

De incestis & criminosis, ac de infirmis & paenitentibus, atque de jejunio quatuor temporum.

Ex eodem, cap. cvr.

V. Ut de incestis & criminosis maximam curam habeant sacerdotes, ne in suis pereane sceleribus, & anima: eorum à diricto judice Christo eis requirantur. Similiter de infirmis ac paenitentibus, ut morientes sine reconciliatione & viatico non deficiant. Et ut quatuor temporum jejuniū à fidelibus diligenter custodiatur.

De eo qui se incestuoso ordine his personis quibus reguli prohibitum est conjunxerit.

Ex eodem, cap. cccc.

VII. Si quis non eo gradu, sed in- **VI.** 409. cestuoso ordine cum his personis quibus à divinis reguli prohibitum est se conjunxit, usquequo paenitentiam sequestratione testetur, utrique communione priventur, & neque in palatio habere militiam neque in foro agendarum caulfarum licentiam habebunt. Nam si fe quoquo modo prædicto incestu conjunxerint, Episcopi seu Prefbyteri in quorum dioecesi vel pago actum fuerit, Regi vel judicibus scelus perpetratum denuntient; ut cum ipsis denuntiatum fuerit, se ab eorum communione aut cohabitatione sequent. Res autem eorum ad primos parentes usque ad sequestrationem perveniant, sub ea conditione, ut antequam segregentur, per nullum ingenium, neque per parentes, neque per emptionem, neque per auctoritatem regiam ad proprias perveniant facultates, nisi prefatum scelus sequestrationis separatione & paenitentia facantur.

Ex libro legum Theodosij tertio cap. xii.

De incestis.

VIII. Quod incesti non sint legitimi **VI.** 410. heredes, sed infamia sint notatæ utræque persona.

KKK iii

Vt devotam Deo virginem vel viduam nullus conjugem accipiat.

Ex eodem, cap. ccccii.

V L. 411. IX. Vt deinceps, sicut canones ecclesiastici probent, nullus Deo devotam virginem, nullus sub religionis habitu confitentem, sive viduitatis continentiam professam, vel sui proximam generis, aut etiam de ejus admixtione incestuæ notam possit subire infamia, inlicito connubio aut vi aut confenui accipiat conjugem: quia nec verum poterit esse conjugium quod à meliori proposito deducitur ad deteriorius, & sub falsi nominis copula incestiva pollutione & fornicationis immunditia perpetratur. Hoc vero nefas si agere amodo cujuslibet gentis homines lexus utriusque tentaverint, infidente sacerdote vel judge, etiamsi corrigerè se noluerint, ab invicem omnimodis separati exilio perpetuo relegentur.

De incestis quid agendum sit.

Ex libro septimo, cap. ccclvii.

VII. 158. X. Vt incestum nullus sibi unquam faciet conjugium. Quod si contigerit, ab Episcopo loci illius separantur, & publicam septem annorum juxta canonicos gradus agant penitentiam. Qui autem hoc agere noluerint, anathema ab omnibus habeantur.

De his qui cum pecorilis coitu mixti sunt, aut more pecudum usque ad affinitatis lineam cum sanguineis incestum commiserunt, sive cum masculis concubuerunt.

Ex eodem, cap. ccclvi.

XI. In hoc titulo Graeca verba posita sunt, id est, ἀλογωνισθεῖσαι, οὐδὲ ἀλογωνισθεῖσαι. quod nos Latinè possumus dicere: *De his qui irrationabiliter versati sunt sive versantur.* In qua sententia sensus duplex est, id est, de his qui cum pecoribus commixti sunt, aut more pecudum cum sanguineis usque ad affinitatis lineam incestum commiserunt, aut cum masculis concubuerunt. Quisquis ex his unum egerit, aut capite punitur, aut si ei vita concessa fuerit, juxta Ancyranæ Concilij sententiam, quæ in capitulo decimo sexto continetur, penitentiam veraciter agat,

Vt incesti à sacerdotibus & Deum timenteribus hominibus perquirantur & canonice puniantur.

Ex eodem, cap. ccclxxvii.

XII. De incestis omni studio perquisendum est sacerdotibus per homines ve-

races & timorem Dei ante oculos habentes. Et si reperti fuerint, statim aut per se emendare studeant, aut cum adjutorio Archidiaconi, sibi Episcopi hoc ipsum extirpare satagant; ne tanto flagitio & scelere & illi polluantur & pereant, & alij in eorum vicinitate omnipotentis Dei iram incurvant.

Quod incestum committit qui se consanguineæ sue usque ad affinitatis lineam conjungit.

Ex eodem, cap. cccxxxii.

XIII. Nullus fidelium usque ad affinitatis lineam, id est, usque ad septimum progeniem, consanguineam suam ducat uxorem, vel eam quoquo modo incesti macula polluat. Si quis vero hoc scienter temerare præsumperit, si liber est banum nostrum, id est, sexaginta solidos fisco nostro perolvat, & insuper canonice ut incestus luat, ac publice juxta canonicos gradus peniteat. Si autem servus vel ecclesiasticus fuerit, publice flagelletur ac decalvetur, & juxta proprii Episcopi iussionem penitentiam publice & canonice gerat. Quod si aliquis tam liber quam servus aut ecclesiasticus vel filialinus Episcopo proprio vel suo sacerdoti aut Archidiacono inobedient vel contumax sive de hoc sive de alio quilibet scelere extiterit, omnes res ejus à Comite & à Misso Episcopi ei contendantur usque dum Episcopo suo obediatur aut canonice peniteat. Quod si nec sè ita correxit, & ad Episcopum & canonican penitentiam venire distulerit, à Comite comprehendatur, & in carcere sub magna æratura retrusus teneatur, nec rerum suarum potestatem habeat, quoque Episcopus iussif erit. Quod si Comes vel ejus ministris hac adimplere distulerint, canonice ab Episcopo vel a suo ministro excommunicetur, & usque dum hæc pleniter Comes adimpleat, semper communione catholicorum carcat, usque dum ipso Episcopo humanius erga eum aliiquid agere placuerit. Si vero, quod non optamus, ipse Comes aut de prædictis causis aut de ipsa excommunicatione inobedient, aut neglegens suo Episcopo apparuerit, honore comitatus pariter & communione caret usque dum ambo in nostram præsentiam veniant, ut nos illum episcopali auctoritate atque imperiali metu ita corrigamus ut ceteri timorem habeant, nec deinceps talia committere ullatenus au deant.

Vt incesti, quandiu in scelere manent, non fidelium Christianorum, sed tantum aut gentilium aut catechumenorum vel energumenorum locum teneant.

Ex eodem libro, cap. CCCXXXII.

XIV. Incesti, dum in ipso detestando atque nefando scelere manent, non inter fidèles Christianos, sed inter gentiles aut catechumenos vel energumenos habentur; id est, cum Christianis non cibum sumant, non potum, non in eodem vase edant aut bibant, sed soli hoc faciant; non osculantur aut salutentur ab eis. Sed si suis sacerdotibus inobedientes extiterint, & à tam nefandissimo scelere segregari atque ad publicam penitentiam reducere noluerint, inter eos habeantur qui spiritu perlitur immundo, vel etiam inter eos de quibus ipsa veritas ait: *Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Nam cum fidelibus non debent orare, nec in Ecclesiam intrare, sed ad januam Eccle-

Matth. 12.

sie excubare, & intrantibus in eam atque excentibus ex ea vultu in terra prostrato veniam postulare, & ut pro se orare non deditur flagitare, & lacrimis profuso vultu, contrito corde, atque humiliato spiritu omnibus apparet uisque ad satisfactionem Ecclesie & proprii Episcopi canonicas reconciliationem manere, & ad pristinum incestum nunquam redire, nec lecularia negotia exercere, nec placitis aut accusationibus vel testimonis intereste, sed crebris sacerdotum precibus manuique Pontificis proprii impositionibus & eleemosynarum largitionibus atque ceterorum bonorum omnium exhibitionibus eos purgari sanari que oportet.

Item de incestis.

Ex eodem libro, cap. CCCXXXIV.

XV. Incestos nullo conjugij nomine prevalendos esse censemus.

EXPLICIT DE INCESTIS.

TITVLVS V.

DE RAPTORIBVS.

De raptu viduarum.

Ex libro quinto, cap. cvi.

I. **Q**ui viduam intra primos triginta dies viduitatis velinitam vel volentem sibi copulaverit, bannum nostrum, id est, sexaginta solidos in triplo componat. Vel si invitata eam duxit, legem suam ei componat, illam vero ultius non attingat.

De raptis & de earum raptoribus.

Ex eodem libro, cap. CCXXXI.

II. De raptis & de raptoribus, quamquam specialiter decrevimus quid pati debeant qui hoc nefas deinceps facere taverint, quid tamen de his sacri canones præcipiant hic inferendum necessarium duximus; quatinus omnibus pateat quantum malum sit, & non solum humana sed & divina auctoritate constringi, ab hinc hoc malum caveatur.

De puellis raptis necdum desponsatis.

Ex eodem, cap. CCXXXIV.

III. De puellis raptis necdum desponsatis in Concilio Chalcedonensi, ubi d CXXX. patres adfuerunt, capitulo XXXVII. ita habetur: *Eos qui rapiant puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes & coniubentes raptoribus, decrevit*

sancta synodus, si quidem Clerici sunt, decidunt gradu proprio; si vero laici, anathematizentur. Quibus verbis aperte datur intelligi qualiter hujus mali autores damnandi sunt, quando participes & coniubentes tanto anathemate feriuntur, & quod juxta canonicas auctoritatem ad conjugia legitima raptas sibi jure vindicare nullatenus possint.

De desponsatis & ab aliis raptis.

Ex eodem, cap. CCXXV.

IV. De desponsatis puellis & ab aliis raptis ita in Concilio Ancyrano capitulo decimo legitur: *Desponsatas puellas, & post ab aliis raptas, placuit eri & eis reddi quibus ante fuerant desponsatae, etiam si eis a raptoribus vis intata confiterit. Proinde statutum est a sancto conventu ut raptor publica penitentia multetur. Rapti vero, si sponsus eam recipere noluerit, & ipsa ejusdem criminis consentiens non fuerit, licentia nubendi alij non negetur. Quod si illa consenit, simili sententia subjaceat. Quod si post hac jungere presumperit, utrique anathematizentur.*

De raptu alienarum sponsarum.

Ex eodem libro, cap. CCXXXVIII.

V. Si quis sponsam alienam rapuerit,

aut patri ejus, aut ei qui legitimus ejus defensor esse debet, cum sua lege eam reddat. Et quicquid cum ea tulerit, femorū unamquamque rem secundum legem reddat. Et si hoc defensor ejus perpetrari consensit, & ideo raptori nihil querere voluerit, Comes singula de unaquaque refreda nostra ab eo exactare faciat, & quanto tempore nobis placuerit in exilio maneat, & illam feminam ei habere non liceat.

**I N L I B R O S E X T O D E H A C R E
N O N H A B E T V R.**

Vt nullus occultas nuptias aut raptum faciat, vel quam propinquus habuit ducat uxorem, sed dotatam, & à parentibus traditam, per benedictionem sacerdotum accipiat, qui vult nubere, uxorem.

Ex libro VII. cap. CLXXXVIII.

VII. 179. **S**ancitum est ut publicae nuptiae ab his qui nubere cupiunt hant: quia læpe in nuptiis clavis factis gravia peccata tam in sponsis aliorum quam & in propinquis five adulterinis conjugis, quo pejus est dicere, cum confanguineis adcrecunt vel adcumulantur. Ex his autem procreari solent cœci, claudi, gibbi, & lippi, five alij turpibus maculis asperfi. Et hoc ne deinceps fiat, omnibus cavendum est. Sed prius convenientius est sacerdos in cuius parochia nuptia fieri debent in Ecclesia coram populo. Et ibi inquirere una cum populo ipse sacerdos debet si ejus propinqua sit an non, aut alterius uxor, vel sponsa, vel adultera. Et si licita & honesta omnia pariter invenerit, tunc per consilium & benedictionem sacerdotis & consilii aliorum bonorum hominum cam sponsare & legitimè dotare debet. Scribit namque de legitimo matrimonio beatus Augustinus ita: *Talis esse debet que uxor habenda est secundum legem, sit casua in virginitate, & dotata legitimè, & à parentibus tradita sponso, & à parentibus accipienda, & ita secundum legem & evangelium publicis nuptriis honestata conjugio licite sumenda, & omnibus diebus vite sue, nisi ex conseru & causa vacandi Deo, nunquam propter hominem separanda.* Et si fornicata fuerit, & vir ejus voluerit, dimittenda; sed, illa vivente, altera non ducenta, quia adulteri regnum Dei non possidebunt, & penitentia illi accipienda. *Nolite vos, viri, habere uxores quarum priores matiti vivunt.* Adulterina enim sunt ista conjugia. Et hoc, ut diximus, omnino pro-

videndum est, ne ejus sit propinqua, quia scriptum est: *Omnis homo ad proximum anguis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus.* Similiter scriptum est: *Cum uxore proximi tui non coibis, nec feminis ejus commixtione maculaberis.* Et in decretalibus Papæ Gregorij legitur: *Si quis Diacnam, aut monacham, aut commatrem spitem, aut fratris uxorem, aut neptam, aut noviciam, aut nurum suum, aut confobrnam, aut de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit.* Et responderant omnes tertio: *Anathema sit.* Item: *Si quis viduam rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, vel consentientes ei, anathema sit.* Et si quis virginem, nisi desponsaverit eam, rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, vel consentientes ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: *Anathema sit.* Et alibi in canonibus preceptum est ut nemo usque affinitatis lineaem & propinquitatem sui languinis conubia ducat, neque virginibus sine benedictione sacerdotis quis nubere presumat. Oppidò enim ista omnia cavenda sunt ne fiant. Sed postquam ista omnia probata fuerint, & nihil impiderint, tunc si virgo fuerit, cum benedictione sacerdotis, hec in Sacramentario continetur, & cum consilio multorum bonorum hominum publicè & non occultè ducenta est uxor; ut boni ab his filij Domino miserante procreantur, & non tales sicut superius dictum est.

De raptibus viduarum vel virginum, & ut feminæ sacræ altaris non ministrarent.

Ex eodem, cap. CCXLVIII.

VIII. **S**ancitum est ut raptore viduarum vel virginum ab Ecclesiæ communione pellantur, & ut feminæ sacræ altaris non ministrarent, vel aliquid ex his quæ virorum sunt officia deputata præsumant. *De his qui rapiunt feminas, ut eas non habeant uxores, & qualiter de raptis agendum sit.*

Ex eodem, cap. CCCXCV.

VIII. Placuit ut hi qui rapiunt feminas vel furantur, aut seducunt, ut eas nullatenus habeant uxores, quamvis eis postmodum conveniat ut eas dotaverint, vel nuptialiter cum conseru parentum suorum acceperint. Si quis autem uxorem habere voluerit, canonice & legaliter eam accipiat, & non rapiat. Qui vero eam rapuerit vel furatus fuerit aut seduxerit, nunquam eam uxorem habeat, sed propinquus suis eam legibus reddat, & in triplo

triplo plenum bannum dominicum componat, & insuper canonice publicam pœnitentiam gerat. Ad quod omnes una vocce clamaverunt dicentes: Ita omnes te-

nere firmiter volumus, & in perpetuum ab omnibus conservari optamus.

EXPLICIT DE RAPTORIBVS.

TITVLVS VI.

DE RAPACIBVS.

De his qui infra regnum per vim aliquid rapuerint.

Ex libro v. cap. CCCXL.

I. Si quis in exercitu infra regnum sine iustiōne dominica per vim hostilem aliquid predare voluerit, aut fecundum tollere, aut granum, sive pecora majora vel minora, domoque infrangere vel incendere, haec ne fiant omnino prohibemus. Quod si ab aliquo presumptiose factum fuerit, sexaginta solidis, si liber est, sit culpabilis, & omnia similia restituat, aut cum duodecim testibus se purget. Si vero servus hoc fecerit, capitali criminē subjaceat, & dominus omnia similia restituat, quia servum suum non corredit nec custodivit ut talia non perpetret. Quod si nos ipsos comedimus, citò deficiemus. Vnusquisque tamen custodiat exercitum suum, ne aliqua deprædatum infra regnum fiat.

De his qui rapinas infra regnum faciunt.

Ex libro vi. cap. XCVI.

II. Si quis infra regnum rapinam fecerit, aut cuiquam nostro fidei ejusque homini aliquid vi abstulerit, in triplo cui aliquid abstulerit legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est, sexaginta solidos nobis perfolvat. Postmodum vero ante nos à Comite adducatur, ut in bastono retrufus usque dum nobis placuerit pœnas luat. Nam si publicè actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam juxta sanctorum canonum sanctionem. Si vero occulte, sacerdotum consilio ex hoc agat pœnitentiam: quoniam raptore, ut ait Apostolus, nisi veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui vero de rebus Ecclesiis aliquid abstulerit, gravius inde judicetur: quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur qui ex eis aliquid aut abstulerit aut rapuerit. Infames quoque tales personæ usque ad satisfactionem Ecclesie, quam laeterunt, sunt habenda.

Tom. I.

Vt socios suos nominet apud quem pars rapinae fuerit inventa.

Ex eodem, cap. CCCLV.

III. Apud quem felius agnoscerit & pars rapinae fuerit inventa, statim socios suos nominare cogatur. Quod si nominare noluerit, teneatur ad vindictam. Quod si honestior persona est, & pro se rationem reddat, & quæ ablata vel everfa fuerant quadruplicem restituat. Quod si certè apud servum rapinae pars reperiatur, centum quinquaginta flagella publicè extensus accipiat, & socios suos nominare non differat.

De his qui diripienda indicare reperiuntur.

Ex eodem, cap. CCCLVI.

IV. Quicunque ingenuus vel servus aliquid diripiendum indicaverit, ut cuiuscunque res evertatur, aut pecora aut jumenta diripiuntur, & ex hoc certis probatioibus publicè convictus inveniatur, pro eo quod indicavit, si ingenuus est, ea quæ ablata vel everfa sunt legibus in duplo restituat, & nobis bannum nostrum id est sexaginta solidos componat. Si vero servus vel colonus fuerit, centum quinquaginta flagella, ut supra, publicè extensus bene preffa accipiat, & insuper ea quæ ablata sunt secundum suam legem restituat.

De eo qui facultatem depredationis dederit.

Ex eodem libro, cap. CCCLXXV.

V. Si quis scelerata factione facultatem VI. 384. depredationis dederit, vel si quis factam diviserit, comburatur vinus.

Vt hi qui res Ecclesie invadant, vestiant, vel diripiunt, si monente Episcopo non se correxerint, communione priventur.

Ex libro septimo, cap. CCLXVII.

VI. Si quis cuiuscunque munuscula Ecclesie sanctis scripturarum titulis collata nefaria calliditate abstulerit, fraudaverit, invaserit, retentaverit, atque superpreserit, & non statim à sacerdote communitus Deo collata reddiderit, ab Ecclesie catholice communione pellatur.

LII

De his qui res Ecclesie traditas invadunt vel vaſtant, aut abſque proprij Epifcopi conſenſu accipiunt.

Ex eodem, cap. cclxxv.

VII. Si quis res Ecclesie debitas vel proprias facerdotis horrendae cupiditatis iñſinuū occupaverit, retinuerit, aut à potestate ex compositione percepere, si eas non restituerit, communione privetur. Quod si agnito jure ecclesiastico, non statim Ecclesie vel facerdoti reformaverit, aut ut ipsum juſ agnoscere poſſit, in judicium electorum venire distulerit, tamdiu à communione ecclesiastica ſuspendatur quādriu reſtitutis rebus tam Eccleſiam quam facerdotem reddat indemnum.

De his qui oblationes defunctorum reſtinent.

Ex eodem.

VIII. Similis etiam his qui oblationes defunctorum Eccleſias vel facerdotibus le-

galiter dimiſſas quomodolibet assignare tardaverint, vel retinere præſumpferint, diſtriſtione ecclesiastice juxta priores canones forma ſervetur. Cui etiam ſententia ſubjacebit quiſquis ſibi quolibet ordine

quod pro devotione ſua Eccleſias dedit revoſare præſumpferit.

De Abbatibus, Presbyteris, vel reliquis miniftris rebus ecclesiasticis non alienandis.

Ex eodem.

IX. Abbatibus, Prefibteris, ceteris que miniftris de rebus ecclesiasticis vel ſacro ministerio traditis nihil alienare vel obligare abſque permissione & ſubſcriptione Epifcopi ſui liceat. Quod si præſumpferint, degradentur, communione conceſſa, & quod temere præſumptum vel alienatum eſt, ordinatione Epifcopi revocetur.

EXPLICIT DE RAPACIBVS.

TITVLVS VII.

DE SACRILEGIIS.

Quod prædones Eccleſiae sacrilegi ſint, ſicut scripture teſtimonio comprobatur.

Ex libro vi. cap. ccclxxxv.

V. 394. I. Acrilegi ſunt Eccleſiae prædones. Vnde & in Concilio Agathensi ſub quarto capitulo decretum habetur ita. *Amico quippiam rapere furum eſt. Eccleſie verò fraudari vel abſtrahi ſubripique, ſacrilegium.* Omnes enim contra leges facientes, rēſque Eccleſia diripiētes, vel Eccleſias facerdotēſque contra divinas fanctiones vexantes, ſacrilegi vocantur, atque indubitanter infames ſacrilegi vocantur.

Quod ea que Domino conſeruantur, ad juſ ecclesiasticum pertineant.

Ex eodem, cap. ccclxxxvi.

Ibid. 395. II. Ea que Domino oſſeruntur vel conſeruantur, ad juſ pertinent facerdotum. Et ſacrilegi ſunt omnes qui ea auferrunt vel in aliud transferunt.

Ut ſi quis dignitatem præſumpferit quam non meruit à Principe vel ſeniori juſto, ſacrilegus habeatur.

Ex eodem libro, cap. ccclxxxvii.

Ibid. 396. III. Si quis præſumpferit quam non meruit à Principe vel ſeniori juſto dignitatem, ſacrilegus habeatur. Homicide,

malefici, fures, ſacrilegi, raptore, veſtifici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimoniuſ dixerint, ſeu qui ad fortilegos magoſque cucurribit, nullatenus erunt ad accusationem vel ad teſtimoniū admittendi.

De ſacrilegiis, quod fures ſint, teſte scripture.

Ex eodem, cap. ccclxxxv.

IV. Omnibus ſciendum eſt quod ſacrilegi fures ſint cuncti qui res Eccleſiae diripiunt, vaſtant, invadunt, vexantque, aut à jure Eccleſiarum quibus tradita fuerant iuſtè alienant. Vnde & beatus Auguſtinus in homelia quadragēſima octava evangeli Johannis ita dicit. *Ecco interſan-los eſt Iudas. Ecco fur eſt Iudas.* Et ne contemnas, fur & ſacrilegi, non qualis/que fur, ſed fur loculorum, ſed dominicorum loculorum, ſed facrorum. Si criminis diſcernuntur in foro, qualis/que fur & peculatus, (Peculatus enim dicitur furum de re publica & non ſic judicatur furum rei priuatae quomodo publica) quanto veheſtis diſcindendus eſt ſacrilegus fur, non undeſcendens tollere, ſed de Eccleſia tollere. Qui aliquid de Eccleſia auferit vel furatur, Iuda perditio comparatur. Nota quod aliquid de Eccleſia tollere furum eſſe beatus Auguſtinus

stimus assevereret, & patratorum tanti furti furum sacrilegum appelleret, necnon & Iudea perditio aequiperet. Et post pauca: *Quare, inquit, loculos habuit cui angeli ministri aevorum, nisi quia Ecclesia ipsius loculos suos habuita erat. Ecce quibus tanti doctoris documentis instruimus quia quod in capite praesedit, in corpore ejus, quod est Ecclesia, videtur impletum. Porro Christum & Ecclesiam unam personam esse non nescimus. Et ideo quae Ecclesiae sunt, Christi sunt, & quae Ecclesiae offeruntur, Christo offeruntur; & quae ab Ecclesia ejus tolluntur, proculdubio Christo tolluntur. Ergo futurum erat ut Ecclesia Christi nummos haberet. Si nummos, utique & prædia & mängia & diversarum specierum innumera ornamenta. Et quia initium sit ea quae conferuntur Ecclesia afferri beatæ Hieronymi scribentis in expositione Marthæ Evangelistæ verba testantur. Omnes, inquit, qui sibi templi & ea quae conferuntur in usus Ecclesia abundant in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sunt scribaram & sacerdotum redimenti mendacium & sanguinem salvatoris.*

Quod quicquid offeruntur Domini sanctum sanctorum sit, & ad jus pertinet sacerdotum.

Ex eodem, cap. ccxcvi.

V. Nulli licet ignorare quod omne quod Domino consecratur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, vel quicquid Deo fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino, & ad jus pertinet sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis qui ea quae Domino & Ecclesia competit auferat, vastat, invadit, vel diripit, usque ad emendationem Ecclesiaque satisfactionem sit sacrilegus, & non tantum sacrilegus, sed etiam fur sacrilegus.

De his sacrilegis qui Ecclesia ejusque sacerdotibus injurias inferunt.

Ex eodem libro, cap. ccxcvii.

VI. 405. Si quis in hoc genus sacrilegi pro ruperit ut in Ecclesiæ carumque res in ruens, sacerdotibus & ministris vel ipso cultui locoque aliquid importet injuria vel inferat ad divini cultus injuriam, in convictos sive confessos reos capitali sententia novent vindicandum. Nec expectetur ut Episcopus injuria propriæ ultiōnem deposeat, cui sanctitas ignoscendi soli gloriam dereliquerit; si que cunctis non solum liberum, sed etiam laudabile, factas atro-

Tom. I.

ces sacerdotibus aut ministris injurias veluti publicum crimen prosequi ac de talibus reis ultiōnem mereri.

Quod omnia quae Deo offeruntur, procul dubio & consecrantur.

Ex eodem libro, cap. ccxcviii.

VII. Omnia quae Domino offeruntur-^{Ibid. 407.} proculdubio & consecrantur. Et non solum sacrificia quae a sacerdotibus super altare Domino consecrantur, oblationes fideliū dicuntur, sed quicquid ei a fidelibus offertur, sive in mancipiis, sive in agris, vineis, silvis, pratis, aquis aquarumque decursibus, artificiis, libris, utensilibus, petris, adificiis, vestimentis, pelibus, laneficiis, pecoribus, pascuis, membranis, mobilibus & immobilibus, vel quicunque de his rebus quae ad laudem Dei sunt vel supplementum sanctæ Dei Ecclesiæ, ejusque sacerdotibus atque ornatum praefare possunt, Domino Ecclesiaque sua à quibuscumque ultro offeruntur, Domino indubitanter consecrantur, & ad jus pertinent sacerdotum. Et quia Christum & Ecclesiam unam personam esse veraciter nescimus, quæcumque Ecclesiae sunt, Christi sunt; & quae Ecclesia vel in supradictis vel in quibuscumque speciebus, sive pollicitationibus, sive pignoribus, sive scriptis, sive corporalibus rebus offeruntur, Christo offeruntur, & quæ ab Ecclesia ejus quocumque commento alienantur vel tolluntur, sive alienando, sive vastando, sive invadendo, sive minorando, sive diripiendo, Christo tolluntur. Et si ab amico quippiam rapere furtum est, præcipue Christo Domino nostro, qui est Rex Regum & dominus dominantium, aliquid auferre vel alienare subripere, vel vattare, sacrilegium est. Omnes namque Ecclesia prædones manifestissime sunt sacrilegi, & nullus sacrilegus nisi per puram probatamque atque publicam penitentiam, & per Ecclesia satisfactionem, Episcoporumque per manus impositionem, & juxta canonicas sanctiones per reconciliationem regnum Dei possidebit, & non solum a regno Dei fit alienus, sed etiam a liminibus sanctæ Ecclesiæ, & præcipue ab illius quam læsit, usque ad prædictam satisfactionem extorris efficitur. Talium vero scelerum patratoribus, nisi post prædictam satisfactionem, nec vivis nec mortuis communicare debemus: quia qui rapit pecuniam proximi sui, iniuriam facit; qui autem pecuniam Ecclesiæ abstulerit, sacrile-

LLII ij

gium facit. Qui non solum sacrilegi, sed etiam fures sacrilegi, & lupi, atque homicidae, pauperumque necatores sunt, & insuper anathematis vinculo damnati coram Deo & sanctis ejus efficiuntur.

*Vt omnes agnoscant quantum malum sit Deo
sacrificata vel reliquias incensare.*

Ex eodem libro, cap. ccccxxv.

VII. 414. VIII. Iubemus omnes scire omnibusque populis a fæcere prædicari quantum malum & quād maximum flagitium sit cum Deo devotis feminis viduis vel virginibus, sive cum velatis, sive cum Deo devotis, maximēque eum sanctimoniis & sacratissimo Deo virginibus vel viduis tam in monasteriis quād extra monasteria commisceri. Nam hoc peccatum duplex esse non dubium est. Ut verbigratia dicamus, avius vindictæ reus sit puer ante dominum suum qui uxorem domini sui adulterio violaverit, quanto magis ille qui sponsam Christi creatoris coeli & terre putredine sua libidinis commaculaverit, dicente

t. Cor. 6. beato Paulo Apostolo : An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, quia neque fornicarij, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitos, neque fures, neque avari, neque ebrios, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.

Vt capitali sententia multentur qui sacrilegia, adulteria, prædationes, aut devastaciones exerceantur.

Ex eodem, cap. ccccxxxii.

I X. Sub peccata capitali, sacrilegia, adulteria, prædationes, vastationesque in regno nostro à quibuscumque fieri prohibemus, ita ut si voluntarie quis ex his unum vel aliquid fecerit, de vita componat, & omnes res ejus tam mobiles quam immobiles fisco nostro socientur, vel Ecclesiæ cujus res vastaverit vel alienaverit aut abfulerit tradantur. Maximum enim sacrilegium est oblationes fidelium, quæ sunt res Ecclesiæ, auferre, videret, alienare, invadere, vel subribere. Nam, ut ait sacra scriptura, neque sacrilegi, neque adulteri, neque prædonis, vel vassatores, qui sunt raptiores, regnum Dei possidebunt. Et si hi qui res fratum diripiunt, à regno Dei alieni sunt, quid super his fieri putatis qui res Deo dicatas diripiunt vel auferunt? Nam quanto gravius quis in hoc seculo peccat, tanto gravius in inferno torquebitur.

De plebe adversis sacrilegos custodienda.

Ex libro septimo, cap. l.v.

X. Ante tribunal Domini de reatu negligientiæ se non poterit excusare qui plebem suam contra sacrilegæ perfusionis autores noluerit custodire.

EXPLICIT DE SACRILEGIS.

TITVLVS VIII.

DE IVRAMENTIS.

De sacramentis leviter non jurandis.

Ex libro quinto, cap. cccxlvi.

I. Volumus ut sacramenta citò non fiant. Sed unusquisque iudex prius causam veraciter cognoscat, ut eum veritas latere non possit, ne facile ad sacramentum veniant.

De perjuris cauendis.

Ex libro sexto, cap. ccclxxvii.

II. Præcipimus ut peruria caveantur, nec admittantur testes ad juramentum antequam discutiantur. Et si aliter discuti non

possint, separantur ab invicem, & singulatim inquirantur. Et non licet foli accusatori testes eligere absente suo causatore. Et omnino nullus nisi jejunus ad juramentum vel ad testimonium admittatur. Et ille qui ad testimonium adducitur si refutatur, dicat ille qui cum refutat & proberat quare illum recipere nolit. Et de ipso pago, non de altero, testes eligantur; nisi forte longius extra comitatum causa sit inquirienda. Et si quis convictus fuerit perjurij, perdat manum aut redimat.

EXPLICIT DE IVRAMENTIS.



T I T V L V S I X.

D E E X C O M M V N I C A T I S.

Cum excommunicatis non licere communicare.

Ex libro v. cap. xxv.

I. **C**Vm excommunicatis non licere communicare. Nec cum his qui per domos convenient, devitantes orationes Ecclesie, simul orandum est. Ab alia Ecclesie non suscipiatur qui in alia minime congregatur.

De eo qui excommunicatus pro suo negle^ctu fuerit.

Ex eodem libro, cap. xxx.

II. Si quis excommunicatus pro suo negle^ctu fuerit, & tempore excommunicationis sive ante audiencem communica^re presumperit, ipse in se damnationis dicitur protulisse ltentiam.

Codex canon. Eccl. Afric. c. 29.
Concil. CP. 2. collat. 7. in epistola Vigilij.
Ivo par. 3. c. 314.

De his qui cum excommunicato communicaverint.

Ex eodem libro, cap. lxxv.

III. Ut qui cum excommunicato præsumptio^re communicaverit, excommunicetur & ipse.

De his qui Episcoporum vocationem vel correctionem contempserint.

Ex libro sexto, cap. lxxxviii.

IV. Si quis secularium tam majoris ordinis quam & inferioris peccatum egerit, & vocatus sui Episcopi au^roritate ad emendationem ac penitentiam venire distulerit, tamdiu sit ab Ecclesia extorris & catholicorum consortio sequestratus quo usque quod committit emendat, ac reatum suum usque ad satisfactionem canonicè diluat, atque reconciliatione proprii Episcopi divinis precibus indulgentiam consequatur, & per veniam Ecclesie gremio, a cuius utero deviaverat, peracta satisfactione, ab eodem immelioratus Episcopo, canonice reddatur.

De his qui Episcopo aliquam injuriam vel dehonorationem fecerint.

Ex eodem libro, cap. xcix.

V. Si quis Episcopo aliquam injuriam aut injustam dehonorationem fecerit, de vita componat, & omnia quæ habere vi-

sus fuerit Ecclesie cui Episcopus præesse dinoscitur integerrime societur, & nobis in triplo bannus noster, id est, sexaginta solidi persolvantur, aut ipse in servitio fisci nostri servitus semper societur usque se redimere in triplo juxta virgildum suum potuerit. Sancta vero Ecclesia in sacerdotibus constat. Idcirco magna pena plebanti sive qui Episcopis vel reliquis sacerdotibus injuriam vel contumeliam fecerint. Nam detrac^tio sacerdotum ad Christum pertinet, cuius vice legatione in Ecclesia funguntur.

De non parvipendenda excommunicatione sacerdotum.

Ex eodem, cap. ccxlvi.

VI. Placuit ut fideles ne parvipendant excommunicationem sacerdotum illorum: quoniam si hoc fecerint, iuste segregabuntur à cœtu Christianorum.

Vt quicunque synodalem excommunicationem transgressus fuerit, in alia synodo spem recuperationis non habeat.

Ex libro septimo, cap. ix.

VII. Si quis Episcopus damnatus à synodo, vel Presbyter aut Diaconus à suo Episcopo, ausi fuerint de sacro ministerio aliqui contingere, sive Episcopus iuxta præcedentem confutudinem, sive Presbyter aut Diaconus, nullo modo licet ei nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis. Sed & communicantes ei omnes abici de Ecclesia, & maximè si postquam didicerint hoc factum esse, communicare tentaverint.

Quod excommunicati à sacerdote, antequam canonicè reconcilientur, non possint maiores natu accusare.

Ex eodem, cap. cxxx.

VIII. Ut excommunicatus à sacerdote, quandiu in ipsa est excommunicatione, maiores natu accusare non praefumant. Quod si praefumperit, non recipiatur, sed aut majori excommunicationi subjaceat, aut ab Ecclesia pellatur.

De modis excommunicationis tam de Clericis quam de laicis.

Ex libro quinto, cap. lxxii.

IX. Si quis Presbyter ab Episcopo suo degradatus vel excommunicatus fuerit, &

L LII ij

ipse per contemptum postea aliquid de suo officio sine comatu facere prælumpserit, & postea ab Episcopo correptus & excommunicatus fuerit, qui cum ipso communicaverit scienter, sciat se esse excommunicatum similiter. Quicunque Clericus aut laicus vel femina incertum commiserit, & ab Episcopo suo correptus se emendare noluerit, & ab ipso excommunicatus fuerit, qui postea cum ipso communicaverit, similiter excommunicetur. Et ut scias qualis sit modus istius excommunicationis, in Ecclesiam non debet intrare, nec cum ullo Christiano cibum vel potum sumere, nec ejus munera quisquam accipere deberet, vel osculum porrigeret, nec in oratione fœjungere, nec salutare, antequam ab Episcopo suo sit reconciliatus. Quod si aliquis se reclamaverit quod in iuste sit excommunicatus, licentiam habeat ad metropolita-

num Episcopum venire, ut ibidem secundum canoniam institutionem dijudicetur, & interim suam excommunicationem custodiat. Quod si aliquis ista omnia contemperit, & Episcopus hoc emendare minime potuerit, Regis judicio exilio condemnetur.

Iam de eadem re.

In codem libro, cap. LXIII.

X. Hac verò per singula capitula in statutis Nicæni Concilij legere poteris, seu in aliis sanctorum patrum synodalibus editiis, & in Antiocheno Concilio, quod hi qui damnati sunt à synodo vel a suo Episcopo, & postea ministrare presumunt, præcipitur ut nullus audeat eis communicare. Si quis verò eis communicat, similitentia subjaceat sicut & damnatus.

EXPLICIT DE EXCOMMUNICATIS.

TITVLVS X.

DE STABILITATE SACERDOTVM IN TITVLIS PROPRIIS.

Vt Clericus in Ecclesia in qua prætitulatus est permaneat.

Ex libro quinto, cap. XXVII.

I. **C**lericum permanere oportet in Ecclesia cui in initio ab Episcopo prætitulatus ac fortitus est, & ad quam configuit quasi ad potiorem. Hoc autem refutantes revocari debere ad suam Ecclesiam in qua primitus ordinatus est, & ibi tantummodo ministrare. Si quis hanc de-

finitionem transgressus fuerit, decrevit sancta synodus à proprio gradu decidere.

Vt in titulis in quibus Presbyteri consecrantur, ante suam promotionem stabilitatem promittunt.

Ex eodem, cap. CLXXV.

II. *Vt Presbyteri qui in titulis consecrantur, secundum canones, antequam ordinantur, promotionem stabilitatis loci illius faciant.* EXPLICIT.

TITVLVS XI.

INCIPIVNT ALIA CAPITVL A EX QVINTO, SEXTO, ET SEPTIMO LIBRO CAPITVLARIS COLLECTA, SATIS ECCLESIASTICIS UTILITATIBVS CONGRVA.

De eo qui filiastrum aut filiastram ante Episcopum tenuerit.

Ex libro quinto, cap. viii.

I. **S**i quis filiastrum aut filiastram suam ante Episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore sua, & alteram non accipiat. Similiter & illa alterum non accipiat.

De eo qui filiastram suam contra voluntatem ipsius dederit ingenuo vel servo.

Ex eodem libro, cap. xix.

II. *Si quis homo filiastrum suum contra voluntatem ipsius & matris & parentum dederit viro ingenuo aut ecclesiastico vel servo, & illa noluerit habere illum, & reliquerit eum, potestatem habeant parentes illius dare illi alium maritum.*

De Presbytero suspicioſo.

Ex eodem, cap. XXXVI.

III. Sacerdos si ſufpicioſus aut incre-
dibilis ſuo Epifcopo aut reliquias ſuis con-
ſacerdotibus ſive bonis & iuſtis de ſuo po-
pulo vel de ſua plebe hominibus fuerit, ne
in criminis aut in p̄dicitate ſuſpicione re-
maneat, cum tribus aut quinque vel ſep-
tem bonis ac vicinis conſacerdotibus, ex-
empli Leonis Papæ, qui duodecim
Epifcopos in ſua purgatione habuit, vel
eo amplius, ſi ſuo Epifcopo viſum fuerit,
aut neceſſe propter tumultum populi in-
effe perſperxerit, & cum aliis bonis & iuſtis
hominibus ſe facramento coram populo ſuper
quatuor evangelia purgatum Eccle-
ſie reddat. Si quia autem iſire defiderat
quaes testes ad accuſationem ſacerdotum
recipi debeat, & quid de accuſatore fa-
ciendum sit, pleniter in canonibus repe-
rire poterit.

Vt Presbyteri chriftma diligenter caſtodian.

Ex eodem libro, cap. CXLV.

IV. Prefbyteri ſub ſigillo caſtodian
chriftma, & nulli ſub prætextu medicinae
vel maleſicij donare p̄fumant. Quod si
fecerint, honore priventur.

Item eodem, cap. CIV.

V. Vt Prefbyter qui ſanctum chriftma
donaverit ad judicium ſubvertendum,
poſtquam de gradu ſuo deponitus fuerit,
manum amittat.

Vt manum ebrietatis omnino vetetur.

Ex eodem, cap. CLXII.

VI. Magnum malum ebrietatis, unde
omnia vita pullulant, modis omnibus
cavere p̄cipimus. Qui autem hoc vitare
noluerit, excommunicandum eum effe
decrevimus uſque ad emendationem
congruam.

De Ecclesiæ ædificanda.

Ex eodem libro, cap. CCCXXXII.

VII. Nemo Ecclefiam ædificeret ante-
quam civitas Epifcopus veniat & ibidem
crucem figat publicè. Et ante p̄finitat
qui ædificare vult quod ad luminaria & ad
caſtodiā & ſtipendiū caſtodiū ſufficiat.
Et facta donatione, ſic domum ædificet.

*De non iudicando quemquam abſque
legitimo accuſatore.*

Ex eodem, cap. CCCXCVIII.

Ambroſ. in
c. j. ep. 1.
ad Corinth.

VIII. Iudicis non eſt quemlibet iudi-
care vel condemnare abſque legitimo ac-
cuſatore. Quoniam & Dominus Iudam
furem eſſe ſciebat. Sed quia non eſt accu-
ſatus, ideo non eſt ejectus.

Quod Laicis non ſit de religione p̄fumendum.

Ex eodem libro, cap. CCCCI.

X. Laicis, quamvis religioſis, nulli
tamen de ecclēſiaticis facultatibus vel de
Deo dicatis hominibus aliquid disponen-
dum attribuatur facultas.

*Si quis Epifcopus, Presbyter, Diaconus, vel
Subdiaconus ad bellum proceſſerit,
deponatur.*

Ex libro ſexto, cap. LXXI.

X. Si quis Epifcopus, Presbyter, Dia-
conus, vel Subdiaconus ad bellum pro-
ceſſerit & arma bellica induitus fuerit ad
bellicandum, ab omni officio deponatur,
in tantum ut nec laicam communionem habeat.

*De his qui volant aquam conſecratam in
ſabbato ſancto accipere.*

Ex eodem libro, cap. LXXXVII.

XI. Quod in ſabbato ſancto Paſchæ,
vel in ſabbatho Pentecostes, ſi qui velint
aqua conſecratam ad aperſionem in do-
mos ſuas accipere, ante chriftmatis acci-
pient iuſuonem.

*De confirmatione Epifcoporum à plebe
folliciti quærenda.*

Ex eodem, cap. LXXXIII.

XII. Ut omnes maximam curam ha-
beant ne fine confirmatione Epifcopi quis
vitam finiat, animaque periclitetur.

*De viro & muliere in matrimonio copulatis,
& poſtea dicente ea non poſſe eum
nabere cum ea.*

Ex eodem, cap. XCII.

XIII. Si vir & mulier conjuixerint ſe
in matrimonio, & poſtea dixerit mulier
de viro non poſſe iubere cum ea, ſi potue-
rit probare quod verum fit, accipiat alium,
eo quod juxta Apoſtolum non potuit illi
reddere vir ſuus debitum.

*De raptoribus & raptis virginibus
vel viduis.*

Ex eodem, cap. XCVI.

XIV. Si quis alterius ſponsam virgi-
nem aut viduam necedum deponſatam ra-
puerit vel furatus fuerit, placuit ut ſive
eam poſtea ſponsaverit, ſive doțaverit,
ſive non, ſive cum parentum ejus volun-
tate quoconque commento ipſam accipe-
re vel tenere potuerit, nunquam illam
uxorem habeat; ſed raptor aut furi aufe-
ratur, & proximis ſuis alio viro tempore
congruo, ſi ipſa hoc malum non conſen-
ſerit, ruptura legibꝫque acceptura red-
datur. Raptor verò ſive furi, omnēque
ei conſentientes, publica penitentia juxta
canonicam auctoritatē multentur, &

proximis illius quicquid injūtē in tam nefando scelere egerunt in triplo compōnant, & unamquamque rem femotim legibus in triplo restituant. Ipsi autem qua rapitur, si aut primō aut postmodum tam nefario sceleri libens consenserit, nunquam poftea nrbat; sed publica pœnitentia multetur, & sub tali custodia ponatur ut ei nullatenus luxuriari cum quoquam liceat. Taliter enim memorata flagitia pūniantur ut omnes cognoscant quoniam nec seculi leges tam nefandis coniunctionibus consentiant, nec sacri canones consilium ullum præbeant.

De his qui in domo sua oratorium fecerint.

Ex codem libro, cap. cii.

XV. Qui in domo sua oratorium habuerit, orare ibidem potest. Missas tamen in eo celebrare non audeat nec agere cuiquam permittat sine permisso & dedicatione Episcopi loci illius. Quod si fecerit, domus illius fisci viribus addicatur. Comes verò qui hoc cognovit, & non prohibuit, publica pœnitentia multetur, vel honore privetur.

De expositis infantibus ac collectione eorum.

Ex codem libro, cap. cxli.

XVI. Si expositus ante Ecclesiam cujuscunq; fuerit miseratione collectus, contestatione ponat epistolam. Et si qui collectus est intra decem dies quæstus agnitusque non fuerit, securus habeat qui collegit. Sanè qui post prædictum tempus ejus calumniator extiterit, ut homicida, ecclesiastica districione damnabitur, si cut patrum sanxit auctoritas.

De quorum baptisme absque dissimulatione dubitatur, ut rebaptizentur preceptum est.

Ex codem, cap. clxxxiv.

XVII. De quibus dubium est utrum sint baptizati an non, omnimodo abfque ullo scrupulo baptizentur, his tamen verbis præmissis. *Non te rebaptizo. Sed si nondam baptizatus es, baptizo te in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.*

Quot fint dies purificationis mulieris.

Ex codem, cap. ccvii.

XVIII. Cum enixa fuerit mulier, post quot dies debeat Ecclesiam intrare, testamento veteris præceptione didicimus, ut pro masculo diebus xxxiiii. pro femina Lxvi. debeat abstinere. Quod tamen, ait sanctus Gregorius, sciendam est quia in mysterio accipitur. Nam si hora eadem qua genuerit, actura gratias, intret Ecclesiam, nullo peccati pondere gravatur. *Voluptas etenim carnis, non dolor, in culpa est.* In

carnis autem commixtione voluptas est, in prolis verò prolatione gemitus. *Vnde & ipsi Gen. primo matrimonio dicitur: In doloribus partur. Si itaque ipsam mulierem prohibemus Ecclesiam intrare, ipsam ei panam suam culpam depuramus.*

De conservanda fide inter virum & uxorem.

Ex codem, cap. ccccxxiv.

XIX. Scire omnes volumus, sicut & vii. iij. saepius à Dominis Episcopis & à reliquis Dei servis admoniti sumus, quod viri uxoris suis, & uxores similiter viris suis, veracriter fidem & dilectionem servare debent, & non in aliquo ab his declinare, & quod non licet conjugatis neque pelli- cem neque concubinam habere.

De fæcrodotibus qui ministerium suum adimplere non valent.

Ex libro vii. cap. cxxxvii.

XX. Sacerdotes qui rite non sapient adimplere ministerium suum, nec diligere juxta præceptum suorum Episcoporum pro viribus fatigunt, vel contemptores canonum existunt, ab officio proprio sunt removendi quoisque hoc pleniter emendatum habeant.

Vt nullus judex neque Presbyterum neque Diaconum aut Clericum sine consenu-

Episcopi sui distingat.

Ex codem, cap. cxxxix.

XXI. Vt nullus judex neque Presbyter neque Diaconum aut Clericum aut juniorem Ecclesie sine conscientia Pontificis per se distingat aut condemnare presumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia cui injuriam fecit quam inrogare dinoscitur tamdiu sit sequestratus donec reatum suum cognoscat & emendet.

Vt Presbyteri in Ecclesiis inconsulto Episcopo nec constituantur, vel de Ecclesiis expellantur.

Ex codem, cap. clxxvi.

XXII. Sanctum est ut sine auctoritate vel consenu Episcoporum Presbyteri in quibuslibet Ecclesiis nec constituantur nec expellantur. Et si quis deinceps hoc facere tentaverit, synodal sententia districte feriatur.

Vt inlicitus accessus feminarum ad altare non fiat, nec ulla feminine vasa sacra aut corpus & sanguinem Domini contrebere presumant.

Ex codem libro, cap. exc.

XXIII. Statutum est ut inlicitus feminarum accessus ad altare non fiat; quia contra omnem auctoritatem divinam & canonican

canonicam institutionem est feminas sanctis altaribus se ultro ingerere ac sacrata vaia impudenter contingere five indu-
menta sacerdotalia populis ministrare , aut corpus & sanguinem Domini contin-
gere populisque porrigerre . quod omni ratione caret . & ne ulterius fiat omnimodi
prohibitus est . Et quaecunque femina deinceps hoc facere presumplerint , judi-
cio canonico usque ad satisfactionem sub-
dantur . Quod autem * mediocres ingredi
ad altare non debeant in Concilio Chal-
cedonensi & in decreto Gelasi Papæ co-
piissimum inveniuntur .

De violatoribus sepulchorum.

Ex eodem , cap. cxcii .

X X I V . Qui sepulchra violaverint pu-
niantur , tam ingenui quam servi . Si ma-
jor persona in hoc scelere fuerit deprehen-
sa , amissa medietate bonorum suorum ,
perpetua notetur infamia . Si Clericus ,
depositus omni honore clericali , perenni
exilio deputetur . Si judex hoc persequi-
aut implere difsulerit , facultatibus & ho-
nore privetur .

*De Clericis , si ebrietatem non vitaverint , aut
excommunicentur aut verberentur.*

Ex eodem , cap. ccclxx .

X X V . Ante omnis Clericis vitetur
ebrietas , quæ omnium vitorum fomes ac
nutrix est . Nec quis potest liberum cor-
poris sui ac mentis habere iudicium qui
est captus vino , à sensu probatur esse
aliens , & proculvis ad iudicium mens
labeftam ducitur , ac plerunque solet
peccatum aut crimen , dum nescit , in-
currere . Ignorantia vero talis non potest
effugere pœnam , quam ex voluntaria
amentia manasse confiterit . Itaque quen-
cumque ebrium fuisse confiterit , ut ordo
patitur , aut quadriginta dierum spatio à
communione statuimus submovendum ,
aut corporali subdendum esse supplicio .

*Vt testes , priusquam de causa interrogentur ,
sacramento confringantur.*

Ex eodem , cap. ccclxxxiii .

X X VI . Testes , priusquam de causa
interrogentur , sacramento debere con-
stringi ut jurent se nihil nisi rei veritatem
esse dicturos . Hoc etiam jubemus , ut ho-
nestioribus magis quam vilioribus testibus
fides potius admittatur . Vnius autem testi-
monium , quamlibet splendida & idonea
videatur esse persona , nullatenus audiendu-
m .

Tom. I.

*Ut mängia que Iudei emerint aut circum-
cidérint , ab eorum potestate auferentur.*

Ex eodem , cap. ccclxxxvi .

X X V I I . Si quis Iudeorum Christia-
num servum vel cuiuslibet alterius seclæ
emerit vel circumcidet , à Iudei ipsius
potestate sublatu in libertate permaneat .

*De vagis & levibus sacerdotibus ac
Clericis.*

Ex eodem , cap. ccxcvi .

X X V I I I . Hoc etiam placuit , ut
vagus atque instabilis Clericus , five etiam
in diaconali ministerio vel presbyterali
officio constitutus , si Episcopi à quo or-
dinatus est præceptis non obedierit ut
in delegate fibi Ecclesia officium depen-
dat assiduum , quoique in vito perman-
sent , & communione & honore privetur .

*De castitate eorum qui conjugio sunt
copulandi.*

Ex eodem libro , cap. ccclxxxix .

X X I X . Scindunt est omnibus & fir-
miter retinendum quod hi qui uxores
ducere voluerint , sicut eas castas & in-
corruptas cupiunt invenire , sic ad eas
casu & incorrupti debent accedere , casu
que cum benedictione faderotis , sicut in
Sacramentario continetur , accipere . Sed
prius eas dotali titulo debent configare .

De his qui à Chærepscopo confirmati sunt.

Ex eodem libro , cap. cccci .

X X X . Si quis non ab Episcopo , sed à
Chærepscopo , qui non est Episcopus , sed
vicarius Episcopi , priusquam prohibiti
essent , fuerit confirmatus , reiterari alii
benedictionibus debet . Nam Chærepscopi
ante apostolicam atque synodalem prohibi-
tionem non ex numero Apostolorum ,
sed ex septuaginta discipulorum , ut sacri
canones testantur , ordine erant , quos nun-
quam Spiritum paraclitum tradidisse novi-
mus . Sed quia olim , ut dictum est , jam
dicti Chærepscopi prohibiti sunt , ideo
modo nihil sum , nec Spiritum paraclitum
ullo unquam tempore tradere potuerunt ,
nec modo possunt .

Item de Chærepscopis.

Ex eodem libro , cap. ccccxix .

X X X I . Placuit ut , sicut Leonis Pa-
pæ & omnium Episcoporum nostrorum
atque reliquorum fidelium generali & sy-
nodali consulti decrevimus , nullus Chære-
pscopus per manus impositionem Spir-
itum sanctum tradere , aut sacerdotes vel
Levitæ aut Subdiaconos sacrare , vel virgi-
nes velare , aut sanctum christma confidere ,
vel Ecclesiæ vel altaria sacrare , aut be-

M M m

nedictionem in publica Missa populis tribuere præsumat, quæ omnia summis Pontificibus, id est, cathedralibus Episcopis, debentur, & non Chorépiscopis vel Presbyteris, quorum formam juxta sanctorum canonum decreta Chorépiscopi gerunt. Si autem hi aliquid ex his agere tentaverint, irrita erunt quæ ab eis geruntur, & ipsi omni ecclesiastico honore funditus priventur.

De his qui se ipso quocunque modo necant.

Ex eodem, cap. CCCCLII.

XXXII. Quicunque se propria voluntate aut in aquam jaçaverit, aut collum ligaverit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percusserit, aut cuilibet voluntaria se morti tradiderit, istorum oblationis non recipiatur.

Qualiter hoc statuta servanda sint; & de his qui haec contempserint, sive Clericis, sive laicis, quid agendum sit.

Ex eodem, cap. CCCCLXXVI.

XXXIII. Has omnes constitutiones ecclesiasticas, quas summatim breviterque perstrinximus, sicut plenius in canonice continetur, manere perenni stabilitate fancimus. Si quis ergo Clericus aut laicus harum sanctionum obediens esse noluerit, si Clericus fuerit, excommunicatione subjaceat. Si vero laicus & honestioris loci persona, medietatem facultatum suarum amittat fisci viribus profutram. Si vero minoris loci persona est, amissione rerum suarum multatus in exilio deputetur.

CAPITVLA HERARDI ARCHIEPISCOPI TVRONENSIS, COLLECTA EX CAPITVLARIBVS REGVM FRANCORVM.

Capitula excerpta ex corpore sanctorum canonum pernecessaria ab Herardo sancta Turonica sedis Archiepiscopo nutu divino in sancta ipsius synodo tenenda memoriter ab omnibus ipsius parœcia Sacerdotibus & Clericis omnibusque volentibus.

IN nomine Dei solius. Ego Herardus immerito Turonensem Pontifex anno incarnationis dominice D C C L V I I I. ordinatis quoque nostra III. Indictione VI. cernens Ecclesiam mihi commissam partim negligentia, torpore, vel desidia, partim * præsidentium incuria sacerdorum atque ignavia, variis & innumeris cladibus affici, excidiis concuti, & quod dicta actaque gravius fore comperimus, diversis animarum laqueis ac quotidianis erroribus desperire, instinctu, ut credimus, miserationis superna, perpaucula eaque admodum necessaria sacrarum admonitionum collecta capitula, sacerdotum totius nobis credit parœcia generali in urbe sedis nostræ coadunata X VII. Kalend. Iunii synodo, publicè recitari, & ut ad omnium præsentium notitiam & intelligentiam pervenire valerent, coram cunctis perlegi fecimus &

*f. præcep-
dientium